Juxta q pono talem distinctōem. q illa cognitio perfecta dicitur dupliciter. vna est q̄ res cognoscitur absolute quid est. alia est qua nō solum cognoscitur quid ē res in se: sed etiaȝ cognoscitur in ordine ad alia ex quib⁹ dependet. loquendo de cognitione perfecta. p̄mo mō pono vnū tale dictū: q ad perfectam cognitionē cuiuslibet rei talis non requiritur cognitō cuiuslibet cause. quod ꝓbatur sic. nam tunc sequeretur q ois diffinitio daretur per additamenta. hoc est falsū g̊ &c. ɔña patet. nam cause a quib⁹ dependet talis res sunt extrinsece. Preterea qd est quiditatiue diffinibile q̊cunqȝ alio extrinseco circūscripto pōt quiditatiue notificari quocūqȝ alio circunscripto. maior patet. nam diffinitio notificat quiditatem. minor pȝ. quia extrinsecum non ponitur in diffinitione. Loquendo aūt de cognitione perfecta secūdo mō pōt poni talis distinctio: q talis cognitio est duplex. vna est in genere & alia extra genus. cognitio ꝑfecta i genere est cognitio rei infra limites vni⁹ generis sicut perfectus est faber qui cognoscit ferrum sufficienter ſm q est subiectuȝ actionis sue: et medicus similiter sanitateȝ. & isto modo ad cognitionem ꝑfectam naturalē sufficit cognoscere omnia genera causaꝝ ſm qd non excedit genus considerationis naturalis. verbi gr̄a. sufficit. n. ad cognitionem perfectam rei naturalis in genere cognitio prime cause efficientis inq̄ȝtū est primū mouens. nec requiritur eius cognitio perfecta in se sicut et de alijs causis. tamen ad cognitionem rei extra genus que ē rei ſm oēm rationē qua est cognoscibilis & ad istā requiritur cognitio prime cause ſm se. sed hec cognitō non ē homini possibilis in hac vita. q auteȝ requiratur cognitio talis cause ꝓbatur. quia sicut res se habet ad esse ita ad cognosci. sed res dependet in esse a suis causis. g̊ & i cognosci. q āt cognitio perfecta que ē rei extra genus non sit homini possibilis in hac vita. ꝓbatur. ꝓ cuius euidentia pono aliquas ꝓpositiones. Pria ē. q omnis cognitō de deo que potest haberi ꝓ statu isto est cognitio habita ꝑ effectuȝ equiuocum. hoc ꝓbatur. potentia vtens in sua actiōe aliquo instrumento nō potest in aliqd nisi mediante illo instrumēto: vel mediante cāto ꝑ illud instrumentū. sed intellectus possibilis vtitur intellectu agente tanq̄ȝ quodam instrumēto ꝓ statu isto. ergo &c. intellectus aūt agens nō pōt in deum: sȝ tm̄ in effectum equiuocuȝ dei: puta in spēs obiecta representantes. ergo &c. Confirmatur ratio quia de deo nihil cognoscimus nisi per ista sensibilia. sed ista sunt eius effectus equiuoci. vt patet. g̊ &c. Secunda ꝓpositio ē q omnis cognitio habita de deo pro statu isto est notitia confusa indistincta obscura & in quodam enigmate. ad hanc probandā supponitur hoc fundamentum dependens ex prima propositione. q cognitio habita de deo est per effectum equiuocum. tunc arguitur sic effectus qui non adequat virtutem sue cause non inducit in cognitionem ꝑfectaȝ & distictā

⁊ claram ſue cauſe. ſed nullus effectus adeq̃t virtutem dei. ergo ⁊c̃. Tertia propoſitio eſt ꝙ nullus conceptus quiditatiuus eſt poſſibilis haberi de deo in vita iſta. hoc probatur ſic. quia nullus conceptus poteſt haberi de deo h̃ niſi obſcurus ⁊ indiſtinctus: ſed conceptus q̄ditatiuus eſt clar⁹ ⁊ diſtinct⁹ ⁊ ꝓp̃us. ḡ ⁊c̃. maior patet ex ſecunda ꝓpoſitione. minor patꝫ de ſe. Quarta propoſitio eſt ꝙ conceptus perfectior qui poſſit haberi de deo eſt. ꝙ eſt ens infinitum. hoc probatur. ille conceptus per quem omnem perfectionem probamus de deo: ⁊ per quem quicquid eſt imperfectionis a deo remouemus: eſt perfectior qui haberi poſſit de deo ĩ vita iſta: ſed conceptus entiſ infiniti eſt huiuſmodi. minor probatur. Nã ſi diſcurras per oĩa que probas de deo non poteris probare niſi ꝑ hoc ꝙ deus eſt ens infinitum. ergo ⁊c̃. Quĩta propoſitio eſt iſta que eſt Franciſci de marchia ꝙ nullum conceptum quiditatiuum tam ſubſtantie create q̃ꝫ increate: nec materialꝭ nec ĩmaterialis habemus in vita iſta. probatur. qꝛ ille conceptus qui poteſt haberi de ſubſtantia nõ habetur niſi ex ſenſibilibus. tunc arguitur ſic. impoſſibile eſt aliquem conceptuꝫ continere virtualiter aliquem conceptum perfectiorẽ ſuo proprio conceptu. ſed conceptus quiditatiuus ſubſtantie eſt perfectior conceptu proprio accidentis. ergo proprius conceptus accidentis non poteſt continere virtualiter conceptũ quiditatiuuꝫ ſubſtantie. ergo per accidens nõ poſſumus deuenire in propriũ ⁊ quiditatiuuꝫ conceptum ſubſtantie. Preterea habens cõceptum proprium ⁊ eſſentialem alicuius obiecti poteſt diſtinguere illud obiectum circũſcripto quocunqꝫ poſteriori conceptu ⁊ poteſt diſtinguere a quocunqꝫ non ip̃o per illum conceptum priorem. ſtante enim apud intellectum rõe diſtinguendi aliq̃ poteſt diſtinguere. conceptus autem proprius ⁊ eſſentialis rei eſt ſufficiens ratio diſtinguendi ip̃am a quocunqꝫ nõ ip̃a. ſed remotis omnibus accidentibus a ſubſtantijs in omni ordine ad ip̃as: intellectus noſter non habet per quid diſtinguat vnã ab alia non enim diſtinguit hominẽ a leone niſi quia videt euꝫ eſſe alterius figure ⁊ operationis ⁊c̃. ex tali enim variatione arguit variationem et diuerſitatem ip̃arum eſſentialem. Sed contra iſtam ꝓpõꝫ arguitur. tum primo: quia ſeq̃retur ꝙ de nulla ſubſtantia haberemus demõſtrationem. conſequens eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. falſitas conſequentis patet. quia tunc de nulla ſubſtantia poſſemus habere demonſtrationem ⁊ ſcientiam. conſequentia probaṫ. quia diffinitio ſubiecti eſt medium in demonſtratione: ſed diffinitio ⁊ quiditas ſunt idem. ḡ ⁊c̃. tum etiam quia conceptus attributi ⁊ concluſi preſupponit illũ conceptum cui attribuitur ⁊ de quo concluditur. ſed intellectuſ aliq̄d attribuit ſubſtãtie ⁊ de ip̃a aliquid concludit: ergo ⁊c̃. Reſpondeo ad p̃mum. vnuſ doctor concedit ꝙ in iſto ſtatu non poſſumus habere demonſtrationem a priori et propriã de ſubſtãtia. vnde probamus de triangulo habere tres angulos per angulum extrinſecum. qꝺ non eſt eius ratio quiditatiua. Aliter dici poteſt ꝙ demonſtratio ẽ duplex. quedam habita per ꝓpriam diffinitionem ⁊ conceptuꝫ eius quiditatiuum ⁊ proprium. ⁊ illa de quacunqꝫ re eſt impoſſibilis haberi pro ſtatu iſto. alia eſt quaſi ꝑ diffinitionem circunloquentem illam ꝓpriam nobis ignotam ⁊ talis bene poteſt haberi ĩ via

Ad ſecundum dicitur. vno modo ꝙ intellectus nihil attribuit ſubſtantie nec aliquid concludit de illa. attribuit inq̃ꝫ illos modos enti: poſtea illi aggregato: puta ex hoc modo qui eſt per ſe ens ⁊ ex ente imponit hoc nomen quod ẽ ſubſtantia. Aliter dicitur ꝙ verũ eſt ꝙ preſupponit quid quaſi confuſe ⁊ indiſticte. ⁊ hoc poteſt confirmari: quia intellectus non poteſt attribuere aliquid alicui quod ignorat. ergo oꝫ ꝙ aliquo modo cognoſcat intellectus conceptum quiditatiuum ſubſtantie. iſta autem notitia ẽ confuſa ⁊ indiſtincta. Sexta ꝓpoſitio ẽ iſta ꝙ intellectus noſter habꝫ pro ſtatu iſto aliquem conceptum tam priuatiuum q̃ꝫ poſitiuũ ſoli ſubſtantie competentẽ. probatur de poſitiuo. nam intellectus concipit de ſubſtantia ꝙ ẽ ſubſtans accidentibus. hoc autẽ ſoli ſubſtãtie competit. ergo ⁊c̃. de priuatio probatur. naꝫ intellectus concipit de ſubſtantia quod ẽ ens non in alio ſubiectiue qꝺ ſoli ſubſtantie cõpetit. ergo ⁊c̃. Circa qꝺ eſt ſciendum ꝙ intellectus noſter habet ꝓ ſtatu iſto de ſubã tres cõceptus ſibi ꝓprios: quorum nullus ẽ ſibi eſſentialis. quorum etiã aliqui ſunt poſitiui: aliqui ſunt p̃uatiui. p̃mus conceptus ẽ iſte. ſ. ꝙ ſubã eſt ſubſtans: ⁊ habet modum ſubſtandi omnibus accidentibus: ⁊ iſte modus eſſendi ineſt ſibi in ordine ad poſterius: puta in ordine ad accidentia ⁊ ab iſto modo eſſendi ĩpoſitum eſt nomen ſubſtantie. ſubſtantia enĩ a ſubſtando dr̃ ⁊ hoc modo ꝓprie deus non debet dici ſubſtãtia. vnde Aug. 7° de tri. dicit eſſe dictuꝫ abuſiue deum eſſe ſubãm. ⁊ iſte modus eſſendi ẽ poſitiu⁹ et extra rõnem ſubſtantie. primum patꝫ quia habet vtrunqꝫ extremum poſitiuum: puta ſubãm que ſubſtat. et accidens cui ſubſtat Secundum etiam patet. qm̃ ſubſtare dicit ordinem ſubãlem ad accidentia. ordo autem iſte non poteſt eſſe de intrinſeca ratione ſubſtãtie

Secundo habet alium modum eſſendi ĩ ordine ad prius: ⁊ talis conceptus eſt non eſſe in alio ſubiectiue. ⁊ ille modus eſſendi eſt negatiuus ⁊ extra rationem ſubſtantie. qꝺ patet. q̄a negatio ẽ extra rationeꝫ poſitiui. Tertio hꝫ

alium conceptum in ordine ad se: vt per se sta re. ⁊ esse ens in se. ⁊ ille modus essendi ē negatiuus ꝭm rem. licet non ꝭm nomen: qḋ patet. qꝛ esse in se idem ē qḋ non habere aliquid ꝑ subō ḡ ⁊c. Sꝫ ꝯ. mod⁹ essendi subē ē nobilioꝛ mō essendi accidentis: sꝫ ꝓprius modus essendi accidentis est positiuus. quia esse in alio. ḡ et ꝓprius modus subē essendi erit positiuus: cū positiuū sit nobilius priuatiuo. Respōdeo ⁊ dico ꝙ licet formalr̄ ⁊ intrinsece omne positiuuꝫ sit nobilius priuatiuo siue negatiuo quocūqꝫ: tamē aliqua negatō potest consurgere ex nobilioꝛi ⁊ perfectioꝛi rōne subiecti ꝙ̄ affirma⁹ sit. exemplum. licet coꝛpoꝛeitas sit foꝛmaliter nobilioꝛ incoꝛpoꝛeitate. quia coꝛpoꝛeitas est aliqd positiuū. incoꝛpoꝛeitas ṽo pure ꝑuatiuum vel negatiuū. tamen fundametalr̄ incoꝛpoꝛeitas ē nobilioꝛ ⁊ perfectioꝛ coꝛpoꝛeitate. qꝛ ex ꝑfectioꝛi cōditione subiecti cōsurgit. sic in ꝓposito potest dici ꝙ licet modus essendi accidentis sit foꝛmalr̄ ꝑfectioꝛ. qꝛ positiuus ꝙ̄ modus subē qui ē negatiu⁹. est tamē modus subē fundamentalr̄ ꝑfectioꝛ ⁊ materialr̄. qꝛ cōsurgit ex ꝑfectioꝛi conditione subiecti. Secūda ꝓpositio ē ꝙ de nullo accidēte ꝑ statu illo possum⁹ habere cōceptum quiditatiuū. ꝓbaṫ. quia habens ꝯceptū quiditatiuū ⁊ ꝓpriū alicui⁹ pōt illud diffinire quocūqꝫ alio circūscripto. patꝫ. qꝛ diffinitio non dependet ab aliquo extrinseco. sꝫ intellect⁹ nō pōt diffinire accidens sine ordine ad extrinsecū. ḡ ⁊c. minoꝛ pꝫ ꝑ oīa discurrendo. Nā diffinias mihi albedinē. dices ꝙ albedo est coloꝛ disgregatiu⁹ visus. ecce iā tu diffinis in oꝛdine ad extrinsecū. ḡ ⁊c. Confirmaṫ ꝑ Boe⁹ ⁊ est ēt cōfirmatō quinte ꝓpōnis: qui dicit ꝙ drīe reꝝ essentiales sunt nobis ignote drīa aūt ista facit ad ꝯceptū quiditatiuū. ḡ ⁊c.

Sed ꝯ hanc ꝓpositionē arguiṫ simul ⁊ ꝯtra quitam pōt argui sic. oīs potētia cognoscēs aliquod obiectū cōe ꝭm relatione ad aliq̄ extrēa cognoscit necessario illa extrema. pꝫ. nā rl'o nō pōt cognosci cognitis extrēis. sꝫ intellect⁹ nr̄ cognoscit ens inq̄⁹ ens iclusū in vno ꝯceptu qditatiuo. ḡ cognoscit ⁊ iclusionē illā: sꝫ iclu⁹ ē rl'o cui⁹ extremū ē ꝯcept⁹ qditatiu⁹. ḡ ⁊c. Per istā rōem ꝓbaṫ ꝙ oīs ꝯcept⁹ qditatiu⁹ de quolibꝫ habeṫ ꝑ statu isto. Rñ⁹ ꝑ c⁹ euidētia pono istā distinctōeꝫ ꝙ ens accipiṫ dupl'r. vno⁹ absolute ꝭm rōeꝫ entitatis. ⁊ sic ē qḋdā itelligibile vno actu sic bō. Alio⁹ pōt accipi i rl'oe ad ea i qb⁹ repiṫ formalr̄ rō entitatis. ⁊ h̄ ē vt icludiṫ i oīb⁹ entib⁹ sic supi⁹ i iferioꝛib⁹. ⁊ ꝭm h̄ pono tria dicta. Primū ē ꝙ ens p⁹⁹ naturalr̄ ē attingibile ab itellectu viatoꝛis. pꝫ. qꝛ ē ei⁹ obiectū p⁹. 2⁹ dictū ē ꝙ ens 2⁹⁹ nō ē naturalr̄ attigibile ab itellectu viatoꝛis. pꝫ. qꝛ si sic. tūc oē ens eēt naturalr̄ attingibile ab itellc̄u viatoꝛis. ꝓbaṫ. qꝛ ē ipoīe ꝙ aliqd cognoscaṫ vt inclusū i aliqb⁹ nisi cognoscāṫ illā in qb⁹ includitur sicut ꝓbat rō. 3⁹ dictū ē ꝙ ens 2⁹⁹ ē p⁹ obiectū naturalr̄. i. ad qḋ naturalr̄ iclinaṫ intellect⁹ viatoꝛis. nā vnūquodqꝫ naturalr̄ iclinatur ad suā ꝑfectionē. ꝭm h̄ ḡ pꝫ ad rōem: ꝙ lꝫ i tellect⁹ itelligat ens qḋ icludiṫ i oīb⁹ entibus nō tn̄ itelligit illud vt includiṫ in illis. qꝛ tūc optime sequereṫ ꝙ iferṫ. ⁊ h̄ de 3⁹ articulo.

His visis ad rōes ꝑncipales rn̄deo ⁊ ad uertas ad 2⁹ arti⁹. ⁊ ad distinctōes ⁊ ꝯclusiones positaṫ ibi. nā nulla rō fit neqꝫ fieri pōt qn ꝑ ipās soluaṫ. nā ille rōes q̄ ꝓbāt ꝙ vlia sūt magis ⁊ ꝑus nota hn̄t veritatē de notitia cōfusa. vt ipā sunt q̄daꝫ tota. ⁊ de notitia distincta vt ipā sunt q̄dā ptes. dictū. n. ē in p̄ ⁊ 2⁹ arti⁹ ꝙ pn̄t eē ptes. Alie aūt rōes que ꝓbāt min⁹ vlia eē magis nota hn̄t veritateꝫ de notitia cōfusa. vt ipā sunt quedā tota. ⁊ de notitia distincta. vt sūt quedā ptes. ⁊ sic pꝫ ad faꝫ. q.

Ueritur Utrū a deo ⁊ creatura subā ⁊ accidēte possit abstrahi aliqs vnus ꝯcept⁹ realis ⁊ vniuoc⁹. ⁊ videṫ ꝙ nō. ꝑ auc̄te Ari. in h̄ p̄ q̄ dicit ꝙ ꝑn⁹ ꝓcedēdi ꝯ parmēidē ⁊ melissum ē ꝙ ens dr̄ multipl'r. ⁊ ꝑ poꝛph⁹. d. si qs oīa entia vocet equoce inqt nūcupabit. Itē Aristo. 4. meta. dicit ꝙ ens dr̄ anagogice de subā ⁊ accidente. igiṫ nō vniuoce cū videāṫ repugnare. P. rōe arguiṫ sic. nulla rō vna ꝯhibiṫ pōt contrahi vel diuidi nisi ꝑ cōtratiua aliq̄. ḡ ista cōtractia entis sint. a. ⁊. b. tunc. a. ⁊. b. vel sunt ēs vel nihil. si nihil. ḡ ens ꝯhibitur ꝑ nihil. ⁊ sic aliqḋ ens ꝯstitueret ex nihilo. si ens. ḡ ens bis includiṫ in eodē. sel in se. ⁊ sel in ꝯtratiuo. Et silr̄ sequereṫ ꝙ dicēdo ens ē infinitū vl' ens per se erit nuga⁹. qꝛ ens poniṫ p̄ in se. 2⁹ in cōtractio. Et iteꝝ si ponas ꝙ tale cōtractiuū sit ens. vel ḡ est p̄ diuisum. ⁊ in nullo penit⁹ ꝯueniens cū aliq̄ ente. vl' drn̄s in aliq̄ ⁊ in aliq̄ ꝯueniens. si des p̄⁹ ꝯdicis tibi ipi. ⁊ das nobis ꝓpo⁹. ꝙ vꝫ i ente uō cōuenit cū aliq̄. ⁊ ꝑ ꝯn̄s n̄ ē ens. si āt sit drn̄s cū quecūqꝫ sit drā i aliq̄ sui ꝯueniāt ⁊ i aliq̄ drant. 5. meta. ḡ illḋ ꝯctiuū hꝫ aliqd quo drt ab alio ēte. ⁊ cū idē nō sit ꝑn⁹ ꝯueniētie et drē respc̄u vni⁹ ⁊ einsdē. ⁊c̄ accipio illḋ in q̄ differt l' ē ēs l' nihil. si nihil vt p⁹ ꝯdicis tibi. ⁊ iterū qꝛ ēs nō ꝯstituiṫ nꝫ distiguiṫ ꝑ nihil. Si ēs arguā vt p. l' ꝑ diuersū l' drn̄s. ⁊ sic ꝓcessus i infinitū. P. se totis. ⁊ ꝑ diuersis ⁊ i ifi⁹ distāti b⁹ n̄ pōt eē aliqs ꝯcept⁹ cōis vniuoc⁹ ⁊ realis sꝫ de⁹ ⁊ creatura sūt hi⁹. ḡ ⁊c. maioꝛ pꝫ. qꝛ op⁹ ꝑdicati ifert op⁹ subiecti. minoꝛ ꝓbaṫ sic. qꝛ si de⁹ ⁊ creatura se totis nō distiguunṫ. ḡ in aliq̄ ꝯueniūt. ⁊ i aliq̄ drnt. ⁊ ꝑ ꝯn̄s de⁹ hēret ptē et ptē. ⁊ sic de⁹ nō eēt simplr̄ simplex qḋ ē manifeste ꝯ fidē. Confirmaṫ ista ratō. simplr̄ simplex a quocūqꝫ distinguiṫ se toto distinguitur hanc ꝓpōneꝫ qlibꝫ necessario ꝯcederet cū nno

possit hr̄e p̄tē q̄ ꝯueīat ꝛ ptē q̄ dr̄at. ꝛ spāl̄r ꝯce dūt istā oēs scotizātes cū sit ꝑpō Scoti. ꝑ Frācisc⁹ de marchia q̄ tenet istā ptē credēs cō cludere: arguit sic de deo ꝛ creatura per duas rōes q̄ꝝ pa ē h̄. rō cōis deo ꝛ creature l̄ ē ncc̄e eē l̄ nō. si sic. sequūt̄ duo incōueīētia. p̄ꝰ ē ꝙ in q̄libꝫ erit ncc̄e eē. qd̄. n. de se ē tale vbicūꝗ re perit̄ sp̄ ē tale. ḡ i creatura erit ncc̄e eē. qd̄ ē ma nifeste fl̄m cū ip̄a ꝛ oīs eiꝰ entitas sit ꝯtīgēs. 2ꝰ qd̄ seq̄t̄ ē opꝰ: qꝛ qd̄ ē ncc̄e eē ē de se h̄ aliq̄d qꝛ nihil ē ncc̄e eē nisi sit deteriatū i effectu. ni hil aūt ē deteriatū ex se nisi ꝙ de se ē singl̄are. vl̄e āt nō existit ex̄ in effectu nisi mediāte aliq̄ singl̄ari. ḡ rō ista entis erit singl̄aris de se. sed ꝯstat ꝙ tale singl̄are nō pōt eē cōe pl̄ibꝰ distin ctis eēntial̄r. cuiusmōi sūt deꝰ ꝛ creatura. ḡ ꝛc̄

Si aūt dicas ꝙ hiꝰ rō nō sit ncc̄e eē. ḡ nꝫ ds p̄ꝰ ꝯñe. qꝛ nꝰ ꝯstiꝰ ex aꝰ ē magis necessaꝰ suo ꝯstitutio. pꝫ. qꝛ ꝯstiꝰ cōpat̄ ad ꝯstōnes: sic̄ ꝯ° ad p̄missas: ꝛ effectꝰ ad cāz. sꝫ ipol̄e est ꝙ ꝯ° sit magis ncc̄ia q̄ꝫ p̄ncipia: nec effectꝰ q̄ꝫ cā. aliter magis necessaꝰ dependeret a minꝰ ncc̄io. ꝛ ita ꝯ° ncc̄ia nō depēdet a p̄n° ꝯtigēti. si ḡ ista rō n̄ ē ncc̄ia: ꝛ ē in deo forl̄r seu icludit̄. ḡ aliq̄ rō in clusa i deo ē q̄ nō ē ncc̄ia de se. sꝫ nꝫ ē ab alio p̄ ori cū nihil sit priꝰ illa: nꝫ ab aliq̄ posteriori cū nꝰ posteriꝰ sit cā p̄oris: ꝛ ita n°° ē ncc̄e eē. ḡ nec deꝰ istā rōez ētis icludēs: qd̄ ē heresis manife sta. ꝑ. oīs rō real̄ cōis ꝛ vna pl̄ificabil̄ ꝛ disti bil̄ in aliq̄ pl̄a. ꝛ ꝑ pl̄es rōes ꝯhibil̄ ꝛ deteriabi lis ē ncc̄io vna ꝛ real̄r potētial̄ ꝛ finital̄: sꝫ oīs rō real̄ potētial̄ ꝛ finital̄ ē forl̄r deo repugnās ḡ ꝛc̄. maior pꝫ. qꝛ diuidi soliꝰ ē potētie. sic̄ diui dere ipiꝰ actꝰ. tū qꝛ oē ꝯhibile ꝛ deteriabile ꝑ aliq̄s rōes ē actuale ꝛ ꝑfectibile ꝑ eas. ꝛ ꝑ ꝯñs ip̄z ē finibl̄e: ꝛ potētiale. qꝛ aliq̄d pōt sibi addi minor ꝓbat̄. tū qꝛ deꝰ ē purꝰ ꝛ simplex actꝰ ꝛ i finitꝰ nihil hn̄s aliq̄d mixtū de pō nec de fini to. tū qꝛ in deo eēt ꝯpo°. qꝛ vbicūꝗ sūt radices ꝛ p̄ncipia ꝯpōnis ibi ē ꝯpo°. ꝛ sic deus nō ē sim pliciter simplex. tū qꝛ oīs rō finibil̄ ꝛ limitabi lis ꝛ potētial̄ dicit ꝑfectōez. ḡ ꝛc̄. Cōfirmatur. minor. qꝛ i rōibꝰ fm̄ sub ꝛ s̄ ꝛ eēntial̄r ordinatl̄ q̄ꝫto aliq̄ ē suꝑior. tāto potētialior. ꝛ q̄ꝫto iferi or tāto actualior. illa pꝫ i ordine p̄dicamētali de genere spē ꝛ ididuo. ꝛ ēt qꝛ q̄ꝫto aliq̄ rō mi nus icludit de actu tāto magis ē potētialior. sꝫ q̄ꝫto suꝑior ē tāto minꝰ icludit de actu. ḡ ꝛc̄.

Cōfirmat̄ eadē rō sic. qꝛ illa rō cōis deo et creature vl̄ ē de se potētial̄ vl̄ nō. si sic. ḡ aliq̄d potētiale ē i deo: qꝛ q̄cq̄d ꝯueīt ꝑꝫ se alicui cō uenit ei vbicunꝗ reꝑiat̄. Si 2ꝰ arguo sic. nl̄la rō ꝯhens ē potētialior ꝯcta. sp. n. ꝯhēs se hꝫ re spectu ꝯhibil̄ ꝑ modū actꝰ. ḡ si illa rō cōis deo ꝛ creature nō ē potētial̄ multo magis nec aliq̄ rō ꝯhens eā. ḡ cū creatura nihil aliud icludat nisi ip̄am ꝛ ꝯhētē eā q̄rū neutra ē ex se potētia lis seq̄t̄ ꝙ nl̄la erit i creatura potētial̄ rō: sicut nec i deo. h̄ aūt ē fl̄m. qꝛ tūc esset eq̄ simplex et actꝰ purꝰ sic̄ deꝰ. ḡ ꝛc̄. Et iteꝝ qꝛ qd̄ non ē de se potētiale nō ꝯponit cū aliq̄ vt potentiale cum actuali. sꝫ ēs ꝯpōit cū aliq̄ h̄ mō. ḡ ꝛc̄. ꝑ ad idē arguit Tho. de agno in sūma ꝯ gentiles li. p̄. illō qd̄ p̄dicat̄ de pl̄ibꝰ vniuoce ē simpliciꝰ ꝛ p̄us quolibꝫ illoꝝ de q̄ predicat̄: sꝫ deo nihil ē simpliciꝰ nec priꝰ. ḡ ꝛc̄. ꝑ effectꝰ q̄ non reci pit formā silēz ei ꝑꝫ spēz ꝑ quā agēs agit nom̄ ab illa forma sūptuꝫ fm̄ vnicā predicatōez re cipere nō pōt: sꝫ entia creata ad spēz diuie vo lūtatis nō ꝑueniūt. ḡ de deo ꝛ entibus creatis nihil p̄dicat̄ vniuoce: sꝫ ens dicit̄ de deo ꝛ en tibꝰ creatl̄. ḡ ꝛc̄. ma. pꝫ exēꝰ. ignis. n. ꝓductꝰ a sole nō dr̄ vniuoce calidꝰ cū sole: nā ignis ē for mal̄r calidꝰ. sol v̄o cāliter. minor ꝓbat̄. qꝛ ētia creata diuisīꝫ ꝛ ꝑtibil̄r recipiunt qd̄ in deo sim pl̄r ꝛ vl̄r ꝯtinet̄. ꝑ seq̄ret̄ ꝙ ēs eēt genꝰ per diffinitōez generl̄. Preterea ad idez arguit Herardꝰ carmelita p̄ q̄libꝫ. q. p̄a. vniuoca ꝑifi cant̄ in vno noīe ꝛ vna rōe: sꝫ ipol̄e ē deū ꝛ cre aturā i aliq̄ ꝑificari. ḡ ꝛc̄. In opꝰ arguit̄ sic. nullꝰ ꝯceptꝰ equocꝰ est subiectū p̄mū alicꝰ scie real̄ nec obm̄ adeq̄tū potētie itellectie nec ex tremū alicꝰ vere ꝯdictōis. sꝫ ēs hꝫ oīa p̄dcā. ḡ ꝛc̄. maior pꝫ. q̄ꝫꝰ ad tres sui ꝑtes. p̄a ꝑs ꝓbat̄. tū p̄ qꝛ nulla scīa ē de sola uoce. tū ēt qꝛ de sola uoce nō ꝓbāt̄ passiōes v̄e reales cū p̄a° ꝓbetur de subō ꝑ ꝯcepꝰ q̄ditaꝰ subi. ꝛ iteꝝ p̄ posterio. scia ē vniꝰ generis subi ꝑtes ꝛ passiones ꝯside rās. Ex q̄ pꝫ ꝙ de multiplici nec de equoco est scia. scd̄a ꝑs maioris pꝫ. nā oīs pō real̄ hꝫ obm̄ adeq̄tū reale. ꝛ vꝰ. vn̄ non vr̄ pol̄e ꝙ sola vox sit obm̄ adeq̄tū iteꝰ nr̄i. Tertia ꝑs pꝫ. qꝛ i equi uocis nō ē ꝯtrad°. ē. n. ꝯtrad° nō noīs solū: sed rei ꝛ noīs p̄ elencoꝝ. ḡ ꝛc̄. minor ēt patꝫ q̄ꝫꝰ ad oēs sui ꝑtes. p̄a ꝛ tertia ꝑs patēt ꝑ aꝝ. 4. met. dic̄. n. ꝙ ens ē subm̄ in meta. ꝛ oēm ꝯdictionē accipit ꝑ eē ꝛ nō eē. ꝯa ꝑs pꝫ ꝑ Auicēnā et sup ponitur hic tanꝗ vera ꝛc̄.

Respondendo in ista qōe sic ꝓcedaꝫ. ꝛ p̄ re citabit̄ op. aureoli. 2° ip̄a iꝓbabit̄ ꝛ eꝰ demō stratōes soluēt̄. 3° ponā opi. ꝓpriam. 4° ponā aliquas propositiones.

Quantum ad priꝰ ē imāginatō au reoli ponēs tria. p̄ ponit quoddā preambulū. 2° ꝓbat p̄ncipale intētū 3° referat moꝰ. Est ḡ p̄āmbulū istō qd̄ d̄cl̄a tur. s. ꝙ aspectꝰ inteꝰ pōt termiari ad aliquid mere ꝯfusum ꝛ idistincꝰ absꝗ h̄ ꝙ termietur ad aliquā rōez ꝓpriā vl̄ cōez. h̄ āt sic ꝓbat. in tellectꝰ pōt q̄scūꝗ rōes diffinitas sep̄are. sed alia ē rō cōfusiōis ꝛ mixte notitie ꝛ alia deter minatōis ꝛ distictōis. ḡ nō ē ipol̄e ꝙ ꝯceꝰ me re ꝯfusuꝫ ꝛ mixte notitie possit aliq̄s hr̄e absꝗ aliq̄ rōe deteriata cui initat̄. Ulteriꝰ ꝓbat p̄n cipale intentū: ꝛ ē istō. s. ꝙ ꝯceptꝰ ētis n̄ icludit

aliquā cōez rōez i q̄ cōicent oīa ētia. imo vt di
cit remanet denudat⁹ ⁊ expoliat⁹ ab oī rōe. et
h̄ pbat ⁊ dicit demōstratie. ¶Prima demon/
stratio ē ista. ɔcept⁹ q ē idē oīb⁹ rōib⁹ n° peni/
tus acqsito nō h̄z i se aliquā vnā rōz cōez. imo
ē oēs rōes ɔfuse ⁊ indifinite. s3 ɔcept⁹ entis ē
idē oīb⁹ rōib⁹ nllo pēit⁹ addito. ḡ ɔcept⁹ entis
nō h̄z aliquā vnā rōez: s3 ē oēs rōes ɔfuse ⁊ idi
finite. maior h̄z duas ptes. vnā negatiuā ⁊ ali
a3 affirmatia3. negatia pbat̄: q2 vt dic̄ tenz in
v̄tute p̄mi p̄ncipij q̄cūq3 vni ⁊ eidē sūt eadē eo
dē mō idētitatis q̄ sūt idē i 3° iter se sūt eadem
s3 ɔstat q rōes ppꝛie entiū nō sūt eedē imo di
uise iter se sic ētia. ḡ n̄ p̄nt esse idē penit⁹ alicui
rōi vni q̄n saltē addāt aliquā ppꝛiā rōez illi i
q̄ ɔueniūt: p quā iter se formalr̄ distiguūt̄ ētia
q2 alr̄ oīa eēnt simplr̄ vni⁹ rōis. si. n. differunt
aut eađ rōe ɔuēirēt: ⁊ dr̄ent: qđ ē ipol̄e. aut o3
dare i q̄lib3 re rōez q̄ dr̄nt eē additā rōni in q̄
ɔuenirēt: c⁹ op⁹ sumit̄ i rōe. s. q nlla rō addat̄
affirmatia pbat̄ sic. nisi ille ɔcept⁹ i idē coinci
der3 cū oī rōe deteriata n̄ idētificaret̄ oīb⁹ ni/
si ēt eēt ɔfusus ⁊ ideteriat⁹ n̄ coicideret i idēti
tate cū oī rōne deteriata: s3 p op⁹ si ideteriat⁹
sit tūc coicideret. pbat̄. aliqs ɔcept⁹ indeteria
t⁹ cū explicāte ⁊ deteriante ē oīo idē q̄ztū ad ra
tionē ɔceptā q̄zuis dr̄at i mō ɔcipiēdi iplicite
et explicite. ipa. n. eađ rō ɔcepta iplicite ⁊ ɔfu/
se explicat seipa3 dū ɔcipit̄ explicite ⁊ disticte
aliogn si eēt alia rō iā n̄ explicaret s3 adderet.
minor p3. q2 q̄cq̄d tale poneret̄ illđ esset ens ⁊
sic illđ tale n̄ eēt illđ additū nec distic⁹ ab ēte.

Scđa demō° ē ista: ⁊ arguit̄ sic. q̄ñcūq3 aliq̄
dr̄ie diuidētes aliquē ɔce⁹ sic se h̄nt. q n̄ ē pos
sibile dare me⁹ p abnegatōz ⁊ idr̄ia3 vtriusq3
ille ɔcept⁹ sic diuisus ē denudat⁹ ab oī vna rōe
s3 ɔcept⁹ ētis diuidit̄ p abso⁹ ⁊ respec⁹ q̄ꝝ n̄ ē me
diū p abnegatōez ⁊ idr̄ia3 vtriusq3. ḡ ⁊c̄. maiō
p3. ɔstat. n. q si ɔcept⁹ icludit vnā rōz i se o3 il
lā eē idr̄nte3 dr̄ijs ⁊ mediā p idr̄iam vtriusq3.
Ex⁹. rō sēsibil̄ n̄ ē rōal̄ nec irrōal̄: s3 abstracta
⁊ media ⁊ idr̄ns ad vtrūq3. vn̄ si rō sensibil̄ eēt
rō rōabilitatis vl̄ irrōabilitatis nc̄cio s̄sibile
diuiz p rōale ⁊ irrōale n̄ diceret vnā rōem. p3
ḡ maior. . q2 p̄dicatū icludit̄ i subō. minor pro/
bat̄. q2 n̄ ē pol̄e imagiari q n̄ sit aliq̄ rō q̄ n̄ sit
actu absoluta vl̄ respc̄iua cū ɔ̄dictōie se h̄eant
eē ad se ⁊ eē ad aliđ. ¶P̄ q̄ñ inte⁹ attribuit ali
quē ɔce⁹ vnū aliqb⁹ s̄z aliā ⁊ aliā rōz ille ɔce
pt⁹ n̄ dic̄ vnā ⁊ eādē rōz. h̄ demō° vt dic̄ inuit̄
a ph̄o ⁊ ɔmētatoꝛe. 4. meta. s3 ɔcept⁹ ētis ⁊ ali
q̄d n̄ attribuit̄. x. p̄ñtis s̄m vnā ⁊ eādē rōez. ḡ ɔ
cept⁹ iportat⁹ p ēs ⁊ aliq̄d n̄ dic̄ aliq̄3 vnā rōz
ma. p3 p op⁹. q2 al̄ dic̄ vnā rōz. iō ite⁹ attribuit
eq̄ ⁊ asino aialitatē p eādē rōez. v3 p rōz sensi
bilē. vn̄ si aliqs cōcept⁹ h̄z vnā rōz cuicūq3 at
tribuit̄ p illā rōez vnā attribuit̄. minor pbat̄
alia. n. rō ē de eē aliq̄d simplr̄ ⁊ alia đ eē aliq̄d
s̄m q̄d. c⁹ aliqditas pōt eē alteri⁹: nc̄ aūt eē q̄z/
titatis ē eē p ptibilitatē alteri⁹: ⁊ q̄litatis eē ē
p dissilitudinē ⁊ dispōz alteri⁹: sic sanitas vri
ne n̄ ē nisi eē signū sanitatis: ⁊ sanitas diete nō
ē nisi eē effectm̄ sanitatl. Jnducere āt sanitatē
⁊ significare eā n̄ ē p eādē rōez. silr̄ eē aliqdita
tē i se ⁊ eē aliqditatē n̄ a se s3 alteri⁹. s. sic disp ō
vl̄ ptibilitas l̄ h̄itu° l̄ oꝛigo n̄ ē eiusdē rōis i eē
aliqditatē: ⁊ sic de alijs. ¶P̄ si ɔcept⁹ entis i/
portat aliquā vnā rōez. ḡ rōes p̄pe entiū sunt
ex̄ rōez ētis. ⁊ p ɔn̄s sūt nihil: s3 h̄ ē ipol̄e. ḡ ⁊c̄
ɔn̄a pbat̄. si. n. iportaret aliquā rōez ɔceptibi
lē illa n̄ eēt eadē cū q̄lib3 iplicita: nā eēt ɔ̄dic°
q aliq̄ rō sit sil̄ iplicita ⁊ explicita. Ex h̄ ɔclu/
dit vlteri⁹ q cū p̄dcā ⁊ inūerabilia icōuēiētia
seq̄nt̄ nc̄c̄e ē q ɔcept⁹ entis sit simplr̄ oē cōce
ptibile ideteriate ⁊ iplicite ⁊ cōfuse: ita q nll3
cōceptibile i eo iplicite relinq̄t̄ ⁊ cū cōceptibi
le: ⁊ rō idē sint relingt̄ q nulla rō explicite sit
ibi nec ppꝛia nec cōis: s3 ei⁹ ɔcept⁹ ē denudat⁹
ab oī cōceptibili ⁊ ab oī rōe i actu. Ulterius
3° referat modū vbi pōit q̄dā dicta. ¶Pri⁹ dcm̄
ē istđ q ge⁹ h̄z duplicē vnitatē. p̄a ē cuiusdam
rōis quā actu iportat: q̄ tm̄ ē potētial̄ respcū
rōnū q̄ p dr̄ias iportāt̄. s̄a ē cuiusdā ɔfusiōis
⁊ ideteriatōis respcū suoꝝ iferioꝝ. 2⁹ dcm̄
iux̄ hoc ē: q ge⁹ iportat duplicē ideteriatōez.
vnā p modū cuiusdā substracti pfectibil̄ p ra/
tiōes dr̄iaꝝ. aliā respcū ididuoꝝ sue rōnis: sic
al̄ ad h̄ al̄ ⁊ ad illđ ⁊ vtraq3 istaꝝ ɔfusio⁹ l̄ ide
teriationū initit̄ tāq̄3 fūdam̄° alicui actuali ⁊
diffinito: puta rōi s̄sibili. 3⁹ dcm̄ est q spēs
h̄z vnā ideteriationē. s. respectu suoꝝ iferioꝝ.
nec iportat aliq̄d deteriabile p mo⁹ forme po/
tētial̄ pfectibil̄ p modū substracti ab aliq̄ rōe
q̄ sibi addi possit. Est. n. e⁹ rō d̄teriatissima nec
potētial̄ ad aliquā aliā rōz. iō n̄ ɔ̄bit̄ p dr̄ias.
rō tm̄ sua ē penit⁹ ɔfusa ⁊ ideteriata respcū in
diduoꝝ sue rōis. ɔfusio āt ista accidit rōni de
teriatissime p spēz iportate: qđ p3. q2 tota ratō
spēi saluat̄ in ididuo exclusa ideteriatōe ⁊ ɔfu
siōe quā h̄ēbat put erat i ɔceptu specifico.
4⁹ dictū ē q ɔcept⁹ spēi ē ɔcept⁹ oīu3 ididuo
rū cōfusus ⁊ ideteriat⁹ imixt⁹ tm̄ cuidā rōi q̄ p
exclusionē ɔfusionis ⁊ rōez deteriationis ɔ̄bi
tur ad qđlib3 ididuū. s3 ɔcept⁹ generl̄ ē ɔcept⁹
spēꝝ mixt⁹ ⁊ ɔfusus imixt⁹ cuidā potētiali ra
tioni q̄ n̄ ē deteriatissima: s3 expectat vlterioꝛē
deteriationē. ɔcept⁹ aūt ētis ē ɔfusus ⁊ imix/
tus ⁊ n̄ admixt⁹ alicui rōni deteriatissime vel
potētiali. h̄ ē rō aureoli l̄ positō fidel̄r r̄citata.

Nunc v̄o q̄3⁹ ad 2⁹ arti⁹ arguo ɔ̄ istā
opionē ponēdo aliq̄s ppōnes p
q̄s dicta imagiatio ifringet̄. ¶Prima pposi/
tio est ista q aspect⁹ intellect⁹ ferri non potest
nisi sup aliquid qđ ē ɔceptibile. hanc pbo sic.
q2 nihil est attingibile ab intellectu nisi possit
concipi ab itellectu. s3 aspectus itellectus nō

potest ferri nisi super illud quod ē attingibile ab intellectu. ğ aspectus intellectus non pōt ferri nisi sup̱ aliquid ꝯceptibile. maior est euidens: qꝛ aliquid intelligi ab intellectu ⁊ itelligibil'r concipi ē idē dictū. ğ impoſſe est intelligi qđ est ipoſſe itelligibil'r concipi ab intellectu. ⁊ p̱ ꝯn̄s pꝫ ꝓpō. imo videt̃ opꝰ in adiecto ꝙ sit aliquid ab itellectu itelligibile ⁊ nō sit ꝯceptibile ab intellectu. Secūda ꝓpositō est. oē illud in qđ fert̃ aspectus itellectꝰ est aliqua rō hanc ostendo sic. rō ⁊ ꝯceptibile idē sunt. quicquid. n. habet rōeꝫ ꝯceptibilē hꝫ rōem alicuiꝰ rōnis: vt sic dicā. sed oē in qđ infert̃ aspectus intellectꝰ est conceptibile. ğ oē tale est aliqua rō. maiō est nō ex termis. ⁊ ēt ē data ab aduersario. pꝫ minor ex precedēti ꝓpositōe. Ex q̄ cōcludo correlarie ꝙ cū cōceptꝰ entis possit distincte ꝯcipi qđ hꝫ disticta ꝯceptibilitateꝫ. ⁊ p̱ ꝯn̄s distictā rōem: cꝰ opꝰ dic̃ imaginatio aureoli.

Tertia ꝓpō est ꝙ q̄cūqꝫ ꝯueniunt in aliquo vno conceptu conueniunt in vna aliq̄ rōne. Hꝫ ꝓbo sic. quecūqꝫ conueniūt in aliquo vno conceptibili ꝯueniūt ī aliqua vna rōe. pꝫ ex p̄missis duabus ꝓpositionibꝰ: sed quecūqꝫ ꝯueniūt in aliquo vno cōceptu cōueniunt in aliquo cōceptibili. ğ ⁊ in aliqua vna rōe. Ex qua cōcludo correlarie ꝙ ens dicit aliquā vnā rōem ꝓpriā cū dicat aliquē vnū conceptū: vt dicit etiā aureolus. Quarta ꝓpositio ꝙ conceptꝰ ꝓpriꝰ entis ē aliqua rō ꝓpria. hanc ꝓbo sic. nam illđ ꝙ nulla rō est nec in re nec in itellectu nō ē aliqd itelligibile. si ğ ꝓprius conceptꝰ entis non ē aliq̄ vna rō non erit itelligibile: ⁊ tūc erit nihil. nā qđ nō ē itelligibile ē nihil. vn̄ ēt negationes ⁊ p̄uatiōes si app̄hendūt̃ ab itellectu ap̄p̄hendūt̃ vt aliqua rō saltē in intellectu. P̄ oīs reduplicatio reduplicat aliquā rōem. sed reduplicatō addit̃ enti. ğ circa ens reduplicat aliquā rōem non aliquā alicuiꝰ entis sp̄ālis. ğ aliquā ꝓpriā entis vt ens. minor pꝫ. 4. meta. vbi dr̃. est ğ scia que speculat̃ ens inquātū ēs.

P̄ omne qđ est subiectū ꝓprium alicuiꝰ sciē hꝫ aliquā rōem ꝓpriam: qꝛ opꝰ huiꝰ non ē intelligibile. sꝫ ens est subiectū ꝓprium in meta. vt nūc suppono. ğ ⁊c̃. P̄. ipossibile videt̃ ꝙ cōceptꝰ illiꝰ ꝙ est rō formalis aliquibꝰ vt sint talia ꝙ non sit aliqua rō in se. sꝫ entitas est rō formal' alijs entibus vt sint talia. s. entia. ğ entitas ē in se aliqua rō formal'. maior est euidēs qđ. n. in se nō est aliq̄ rō quomō alijs erit ratō formal'. appꝫ ēt per exemplū. nā si aīal in se nō ē aliqua rō formal' non pōt esse rō formal' alijs vt sint aīalia. ⁊ iō dic̃ al' in se aliquā rōeꝫ. mīor est euidēs. sic̄. n. humanitas ē rō formal' q̄ hō ē homo. ita entitas ē rō formal' qua ens sit ēs.

P̄ per rōem Frācisci de marchia intellectꝰ cōcipiens aliqua sub ꝓprijs rōnibꝰ eoꝝ concipit ea mediāte aliqua rōe cōi. vꝫ. n. ꝙ ꝯcipiat ea sub aliq̄ ratōe ꝓp̄a vel cōi. sꝫ itellectꝰ distribuendo ens ꝓ quolibꝫ diuidēdo qđ lꝫ ens ꝯcipit oīa entia: nō sub rōnibꝰ ꝓprijs eoꝝ. ğ ⁊c̃. ꝓbatio minoris itellectꝰ viatoris nō potest itelligere infinita simul sub rōibꝰ ꝓprijs eoꝝ: sed intellectꝰ distribuendo ens ꝓ quolibet distribuit ꝓ infinitis. quia distribuit ꝓ oībus potētialibꝰ que sunt infinita. Infinite eni sunt species numeroꝝ in potentia. ğ non potest itellc̄s oīa ꝓ quibꝰ distribuit ip̄m ens intelligere sub ꝓprijs rōibus. ğ cū intelligat ꝫm aliquā rationē. intelliget ꝫm rationē cōem oībus. sꝫ ratio hiꝰ non est nisi ratio entis in cōi. ğ ⁊c̃. P̄ 2º arguit sic idē doctor: quecūqꝫ confūdūt̃ sic ꝙ non remanent in se distincta confundunt̃ i aliqua ratōe tertia alia a confusis. Impoſſe est. n. idē esse confūdens ⁊ cōfusū respectu sui ipius sꝫ oīa entia inferiora confūdūt̃ in rōe entis. ğ ip̄a ē ab oībꝰ distincta. sic̄ confusū ⁊ n̄ confusū sꝫ oīa entia inferiora vt ꝯparāt̃ siue accipiūt̃ i rōe entis i cōi confūdūt̃ in ea. vt āt accipiunt̃ in se ⁊ ꝫm ꝓprias rōes eoꝝ sūt incōfusa ⁊ distincta. oꝫ ğ entis rōeꝫ fore aliā rōnibꝰ iferiorē Ex quo concludo correlarie ꝙ conceptꝰ entis n̄ ē denudatꝰ ab oī vna rōe. cꝰ opꝰ dic̃ aureolus iō pꝫ falsitas illiꝰ opionis. Quita ꝓpō ē illa ꝙ aspectꝰ itellectus n̄ pōt ferri sup̱ aligd ōnudatū ab oī rōe. hāc oñdo ex p̄dcis sic. oē illđ in qđ fert̃ aspectꝰ iteꝰ ē aliqua rō. ğ iteꝰ non pōt ferri sup̱ aligd denudatū ab oī vna rōe. ꝯn̄a ē euidēs. sꝫ aſſs apparꝫ ex secūda ꝓpōne. Ex his iferro correlarie p̄ambulū p̄cedētis imaginatōis eē simpl'r fl̄m cuꝫ dic̃ ꝙ aspectꝰ itellc̄s potest termiari ad aligd mere confusū ⁊ indistinctū absqꝫ hoc ꝙ termiet̃ ad aliquā vnā rōꝫ ꝓpriā vl' cōem. nec rō istiꝰ p̄ābuli ꝯcl'dit cū dicit̃ ꝙ intellc̄s p̄t q̄scūqꝫ rōes distictas separe. det̃ ista. maior. ⁊ ēt mīor. cū dr̃ ꝙ alia ē rō confusionis ⁊ mixte notitie ⁊c̃. concedo ēt istā sed ꝯº non seq̄t̃ ex p̄missis cū infert̃. ğ non ē ipoſſe ꝙ conceptꝰ mere confusus ⁊ mixte notitie possit hr̄i absqꝫ aliqua distincta ratione cui initatur. pꝫ. n. manifeste ꝙ mutat abstractū icōcretū: sꝫ dꝫ sic iferre. ğ itellectus p̄t hr̄e conceꝰ de illa ratione q̄ ē confusio absqꝫ hꝫ ꝙ hēat conceptū de illa ratione que ē disticº ⁊ hanc conclusionē concedo. ex hoc. n. nihil hēs: qꝛ cōmittit̃ ibi fall'a figure distictionis. Ad rationes p̄dicte concl'onis rn̄deo. Ad p̄mam vniꝰ doctor dicit hic ꝙ maior n̄ est v̄a. ad ꝓbationē p̱ illud p̄nꝰ dicit ꝙ p̄ncipium illud habet veritatē qn̄ illud in aliquo aliqua sunt eadem non est illimitatum. nam tale ꝓpter sui illimitationē potest esse idem cum pluribus realiter distinctis inter se. exemplum de diuina essentia que est eadem cum tribus personis. conceptus auteꝫ entis est summe illimitatus propter summaꝫ cōitatem quā habet. Aliter potest dici forte

negando minorem.nam hic habeo vnā regulā
certā φ omne inferius habet distinctionē ali/
quā ex̄ itellectū a suo supiori.ꝛ p ɔn̄s aliqd ad
dit supra illud.ɔceptus g̊ entis n̄ coicidit ī idē/
titatē oiodā cū oibus rōibus nullo penitus ad
dito. Ad 8am demonstrationē pōt dici φ il/
la vocata demō. peccat in maiori ꝛ in minori.
ꝛ in conclusiōe.in maiori. quia implicat īcom/
possibilia.s.φ sit aliquis conceptus quiditati/
ue predicabilis.ꝛ per concept⁹ quiditatīos di
uisibilis ꝛ nullā tn̄ rationē incl'det vel iportat
que quidē incōpossibilitas ex predeclaratī ap
paret.Jn minori ꝑpositione peccat. cum.n.as/
sumit φ esse ad se ꝛ esse ad aliud sūt ɔ̄dictoria.
ꝛ ideo inter ipsa non est medium.quero.n.a te
si esse ad se:ꝛ esse ad aliud sint extrema forma/
lia contradictionis vel materialia.si formalia
g̊ alterum est puruz nihil.si materialia. g̊ oib⁹
illis que pn̄t esse sic extrema cōtradictoria nul
la ratio potest eē neutra.Sed rōnale ꝛ irratio
nale possunt esse extrema materialia contradi
ctionis.ergo nulla ratio potest eis esse neutra
qđ est manifeste falsuz. Jn conclusione peccat
quia cōcludit falsum ex falsis. Ad formam
g̊ rōnis nego minorem nec ꝓbatio eius valet:
vt dictū est.vnde concedo φ aliqua ratio pōt
concipi per abnegationez absoluti ꝛ respectiui
que quidē in se non ē absoluta nec respectiua:
sed neutra.vnde ratio entis in cōi nec est ad se
nec ad aliud positiue ꝛ ɔ̄rie:sed est vtrunq̧ pri
uatiue:sicut al' nec est rationale nec irrationa/
le vt precedit spēs nisi priuatiē:quia ad vtrūq̧
est in potentia lz sit vel includat neutruz posi
tiue.Sz cōtra.quia nlla rō inferior est absolu
bilior rōe superioris.sz ratio substātie q̄ est in/
ferior ratione entis cum sit absoluta formalr̄
ꝛ positiue tal' est absolutior quacūq̧ ratōe nō
sic absoluta vt est ratio entis.g̊ non includit il/
lā. P ad idē replicat aureolus sic.ipoīe ē as/
pectū intellectus terīnari ad aliquā rōem nisi
intelligat eam ad se ꝛ sine terino coītellecto vl'
nō ad se:sed terminū cointelligēdo. sed si non
cointelligit̄ terminus rō est absoluta.Si vō co
intelligit̄ termin⁹ rō est respectiua.g̊ talis me
dia rō excogitari non potest.maior patet.qꝛ co
intelligere ꝛ nō coītelligere terminū ꝺm eādez
rōez sūt ɔ̄dictoria imediata. Ad p̄mum res/
pōdit magister frāciscus de marchia sic.φ ab
solutū sumit̄ tripl'r.vno. put diuidit̄ ɔ̄ depen
dens.ꝛ isto. deus ē simpl'r ens absolutum:qm̄
hz eē oio idependens.alio. vt distinguit̄ ɔ̄ ens
ɔctū siū r̄strictū.3°.ut distiguit̄ ɔ̄ rl'm:tc̄ ad ꝑ
po⁹ di.φ ab⁹ put sūit̄ p̊ ꝛ 2°.s.put distinguit̄
ɔ̄ depēdens vl' cōtra ɔctuz siue restrictū.maio
ē vā.qꝛ sic ois rō supior ē absolutior rōe iferio
ris.isto. intelligēdo φ rō superioris ē magl' ide
pēdens q̄ inferioris: cū inferius dependeat a
supiori ꝛ nō econuerso:ꝛ etiā minus ɔcta ꝛ mi
nus restricta q̄ illa.vt pz g̊. Tertio. autem
accipiēdo ab⁹.s.vt distinguit̄ contra rl'm nō
ē vera:qꝛ sic ratio aliqua inferior ꝛ absolutior
ratione superioꝝ sicut rō sbē ratione entis:qꝛ
ratio substantie est absoluta formal'r ꝛ positiē.
rō āt ētī n̄ ē absoluta nec r̄spčiua isto. vt dc̄z ē
Ad 2⁹ dicendum φ aliquā rationez intelli
gi non cōintellecto termio potest esse dupl'r. vl'
qꝛ ista ratio formal'r est ad se: et omne illud qđ
sic intelligit̄ est proprie ꝛ formaliter absolutū
l' qꝛ ista rō n̄ ē for'l'r ad aliđ:n̄ tn̄ for'l'r ē ad se ꝛ il
lud qđ ꝑ istā rōnez intelligitur non coītellecto
terino non oz φ sit formal'r ꝛ impropē absolu/
tum nisi abstractum vocetur absolutum.cōce/
do ergo φ ratio propria entis non est absoluta
nec respectiua.imo est neutra q̈ditatiue ꝛ vtra
q̧ permissiue.ꝛ hoc est singulare in omni ratio
ne transcendēti. Ad tertiā demonstrationez
conceditur.maior si sit alia ꝛ alia ratō se tenēs
ex parte conceptus qui attribuitur ꝛ non ex ꝑ
te eorum quibus fit attributio.aliter null⁹ cō
ceptus esset vniuocus. Alia eni ē ratio anima
litatis ꝺm esse quod habet in homine:ꝛ alia ꝺz
esse quod habet in asino.Ad minorem nego eā
si accipiatur ratio vt se tenens ex parte entis.
Ad ꝓbationem dico φ lz sit alia ratio ꝓpria
de esse aliquid simpliciter ꝛ de esse aliquid: c⁹
aliquiditas sit de esse alterius:tamē ratio ipi⁹
esse eadem est ꝛ vtriq̧ cōmūis ꝛ ab vtroq̧ neu
tra. Ad 4⁹ concedo p̄mā ɔn̄am.s.φ omnes
rationes ꝓprie entium sunt extra ꝓpriam rōz
entis.sicut rationes ꝓprie iferiorū sunt extra
ꝓpriam rōem superioꝝ.ratio.n.superioris ab
strahit a rationibus ꝓprijs inferiorū.ꝛ eū infe
rens.g̊ sunt nihil.nego ɔn̄am. lz eniz rō ꝓpria
entis alias nō includat tn̄ rationes alie rōem
entis includunt.rō enim peccat in forma. ar/
guam enim sic vniformiter rationes ꝓprie ho/
minis ꝛ leonis sunt ex̄ ꝓpriam rōem animalis
pz.g̊ leo ꝛ homo non sunt aīalia:quod ē falsuz
pz φ ɔn̄a nihil valet.

Quantum ad tertium articulū vbi
est opinio ꝓpria ponēda
ꝛ scotica defendenda sic ꝓcedam.p̊ ponam ali
quas distinctiones.2°. ponam aliquas conclu
siones. De p̊ sit ista p̊ma distinctio φ conce/
ptus potest sumi multipliciter.vno. ꝑ potētia
conceptiua seu intellectiua.2°. pro ratione cō
cipiendi seu specie intelligibili.3°. ꝑ actu con/
cipiēdi seu intelligendi.4°. ꝑ aliquo per actū
intellectus formato seu elaborato:vt aliq do/
ctores loquunt̄.5°. ꝑ obiecto conceptibili seu
intelligibili.6°. ꝑ obiecto concepto.i.ꝑ obiecto
vt actu termīat actū cōcipiendi vel intelligen
di:qđ idem ē qđ relucet obiectiue in actu cōci
piēdi. Secūda distictio ē Scoti φ vniuoca
tio ē triplex.quedā phica:quedā logica:ꝛ que
dā meta. Uniuocatio phica est vnitas natu

p̊ distinctio

2a dist. vniuocatio phica logica metaphica

re ex natura rei:circunſcripto oĩ opere intelle-
ctus:ꝛ de illa vniuocatõe pħs loquitur 7°.pħi
coꝝ quando dicit ꝙ in ſpẽ ſpãliſſima eſt ꝓprie
compatio ꝛ nõ in genere:qꝛ ſpẽs ſpecialiſſima
dicit vnã naturã vniocã nõ aũt genus:ſ3 la-
tent equiuocatões in generibꝰ.genus.n.dicit
equiuocũ equiuocatõe oppoſita vniuocationi
pħice.eo ꝙ nõ corrñdet ſibi vna natura vel hy
poſtaſis extra ſ3 plures:ſm qð dicit ↄmẽtatoꝛ
ꝛ Themiſtiꝰ ſup libꝝ de aĩa.ꝛ vniuocatio iſta
ſolũ eſt ſpẽi ſpãliſſime que vere dicit vnã natu-
rã vnitate reali.minorẽ tñ ꝙ̃ ſit vnitas nũeral'.

Uniuocatio logyca ẽ vnitas alicuiꝰ realitatis
vel intentõis pme concepte ſub vna intẽtione
logyca.vbi grã.ſub intentõe generis vl' dñe vl'
alicꝰ alteriꝰ ſcðe intentõis.logycꝰ.n.cõſiderat
hiꝰ ſcðas intentiones adiunctas pmis. Ex q̃
ↄcludo correlarie.p̃ ꝙ aliquod trãſcẽdens eſt ꝑ
ꝑe vniuocatõe logyca:ꝛ l3 nll'a ſcða ĩtentio:pu
ta geꝰ vel dña ↄpetat tranſcẽdẽti alicui extra
genꝰ exñti:ſic p3:tñ aliq̃ ſibi ↄpetit ſaltẽ inten
tio vl'itatis q̃ ẽ logyca ꝛ ſa intentio. 2°. ↄclu
do ꝙ aliquid eẽ vniuocũ vniuocatõe logyca ꝛ
equocũ equocatiõe pħica nõ repugnat.p3 eni
ex predictis ꝙ genꝰ eſt vniuocũ vniuocatione
logyca ꝛ equiuocũ equocatione pħica. Uni
uocatio metapħica eſt vnitas alicuiꝰ prime in-
tentõis abſtrahibilis ꝑ inteꝰa pluribꝰ ex natu
ra rei circũſcripta quacũqꝫ intentõe ſcða logy-
ca.ꝛ ſcðo mõ tranſcẽdentibꝰ non ĩpugnat vni-
uocatio. Ex quo cõcluꝰ correlarie ꝙ aliquid
ẽ vniuocũ meta.qð nõ eſt vniuocũ pħice ꝓprie
loquendo. Tertia diſtinctio eſt ꝙ ſicut põt
poni duplex rõ in qua aliqua ↄueniunt.ſ.tran
ſcendẽs ꝛ p̃dicamẽtal'.ſil'r põt dupliciter diſti-
gui vniuocatõis modꝰ:vt dicat ꝙ ẽ quedam
vniuocatio tranſcẽdẽs ꝛ quedã p̃dicamẽtal'.ſ3
2ꝰ modꝰ dicendi eſt famoſioꝛ.iõ pħs loquitur
vt pl'iꝰ de ipo ꝛ antiqui doctores.vñ ſ3 illam
ꝓpõem famoſaz ꝛ dignitatẽ ſcotizantiũ.cuili
bet enti corrñdet ꝓportionabil'r ſua ꝓpria vni-
tas.ꝛ cũ ens de oĩbus p̃dicet ipm ↄſequit aliq̃
vnitas.ꝛ hoc non aſpicientes aliqui doctores
ꝙ̃pl'iꝰ a veritate deuiauerũt. Quarta diſtin
ctio q̃ eſt Frãciſci de marchia ſup pmũ ſniarũ
ẽ ꝙ q̃tuoꝛ ſũt gradꝰ vniuocatõis.ꝓp q̃ꝝ diuer
ſitatẽ diuerſificant opiones de vniuocatõe en
tis.vniuocũ.n.deſcẽdit in ſua vniuocata.qua
drupl'r Primꝰ gradꝰ ẽ qñ aliqd deſcẽdit ſ eã
dẽ rõez ꝛ ſ3 eundẽ modũ eſſendi cõem eis.ꝛ ſ3
eũdẽ ordinẽ eſſentialẽ.ꝛ ſm eundẽ gradũ ꝑfe-
ctionis eẽntialẽ.ꝛ ille gradꝰ ſiue moꝰ vniuoca
tõis ẽ ꝑfectiſſimꝰ gradꝰ poſſibil' repiri ĩ creatu
ris.ſ3 iſta vniuocatio ẽ tm̃ ſpẽi ſpãliſſime.ſpẽs
eni ſpãliſſima vt albedo deſcẽdit in ſua ĩdĩdua
ſm eandẽ rõem ꝛ ſm eundẽ modũ eſſendi eis
cõem.p3.ꝛ ſm eundem ordinem eſſentialẽ eis
cõem.ꝛ ſm pħm 2°.meta.ordo eſſentialis ẽ in-
ter ſpẽs.non aũt inter indĩdua.ꝛ iõ ſpẽs nõ de
ſcẽdit per pꝰus in vno indiuiduo ꙗ̃ in alio:acci-
dit.n.indiuiduo eiuſdez ſpẽi ꝙ ſit pꝰus alio. ac
cidit ẽt ĩdĩduo eiuſdẽ ſpẽi ꝙ ſit ꝑfectiꝰ alio poſ
ſunt.n.eẽ duo indĩdua eiuſdẽ ſpẽi eq̃ perfecta
ꝛ iõ ſpecies deſcẽdit in ea ſm eundẽ gradũ eq̃
ꝑfectũ.ꝛ hoc ꝑ ſe:ꝛ hinc ẽ ꝙ in ſpẽ ſpãliſſima ẽ
tm̃ ꝑfectiſſima compatio. 2ꝰ gradꝰ eſt mioꝛ
iſto.ꝛ ẽ qñ aliqd deſcẽdit in ſua vniuocata ſm
eandẽ rõnem.ꝛ ſm eundez modũ eſſendi:ꝛ ſ3
eundẽ ordinẽ eſſentialẽ.non autem deſcendit
ĩ ea ſm eundẽ gradũ perfectionis:quõ deſcen-
dit genꝰ aliqð ſubalternũ:vt al' in ſuas ſpẽs ꝑ
rõale ꝛ irrõale:puta ſubã aĩata ſſibil' eſt in oĩ-
bus ſpẽbus ſm eundẽ modũ eẽndi.ꝛ ſm eũdẽ
ordinẽ eẽntialẽ.vt dr̃ 7°.meta.ñ tñ deſcendit ĩ
eas ſm eũdẽ gradũ ꝑfectõis eẽntialẽ.aliuz.n.
gradũ ꝑfectõis aĩalis h3 hõ ꙗ̃ brutũ.ꝛ iõ iſ.ſ.
ĩ diuerſitate graduũ geꝰ recedit ab vniuocatio
ne.ꝛ accedit ad equocatõz.ꝓp qð dicit pħs 7°.
pħicoꝝ.ꝙ latẽt equocatões ĩ generibꝰ.Jn qui
bꝰ vbis pħs inuit duo.p̃.n.inuit mltiplicitatẽ
ꝛ diuerſitatẽ graduũ generis penes qð attẽdit eꝰ
equocatio. 2°. inuit vnitatẽ rõnis eiꝰ penes
quã ẽ eiꝰ vniuocatio.ꝛ hoc cũ dic.latẽt equoca
tões ĩ generibꝰ.ſub aliq̃.n.hiꝰ hñt equocatões
latere ſi latẽt.h̃ ãt ſub q̃ latẽt ille equocatões
graduũ generis ẽ vnitas rõis ipiꝰ.latẽt ẽt ibi ꝑ
pter diuerſitates graduũ.q gradꝰ ſũt eiuſdem
rõis formal'. 3ꝰ gradꝰ vniuocatõis ẽ mioꝛ p̃
dcis duobꝰ.ꝛ ẽ qñ aliqd deſcẽdit ĩ ſua ĩferiora
ſm eãdẽ rõem ꝛ ſm eũdẽ modũ eſſendi.nõ tñ
ſm eũdẽ gradũ ꝑfectõis eẽndi:ꝛ eẽntialẽ ordi
nẽ.ſic nũerus deſcẽdit in ſuas ſpẽs.deſcendit
eni nũerus ſm eãdẽ rõem numeri in cõi.ꝛ ſm
eundẽ modũ eſſendi:ſ3 tñ ſm aliũ ꝛ aliuz gra-
dũ ꝑfectõis.ꝑfectiorẽ.n.gradum nũeri parti-
cipat ternarius ꙗ̃ binariꝰ.deſcẽdit ẽt in ordie
quodam eſſentiali non ordine ſuperioꝝ ꝛ infe
rioruz:ſed per prius deſcẽdit in vnam ſpeciez
ꙗ̃ in aliam.vt prius in binariũ ꙗ̃ in ternariuz
ꝛ ſic aſcendendo.Et q̃tũ ad talia vniuoca dic
pħs.5.meta.ꝙ ſpẽs reꝝ ſunt ſicut numeri.ſic
eni ſpẽs nũeri hñt eẽntialẽ ordinẽ:ita ſpẽs re-
rũ ſũt ĩter ſe eẽntial'r ad ĩuicem ordinate.ꝛ iſte
gradus vniuocationis accedit ad analogiam.
vnde numerus eſt vniuocum.inquantum ſm
vnam rationem deſcendit in ſuas ſpecies ꝛ p̃-
dicatur de eis.analogum autem vt non deſcẽ
dit ſecundum eundem ordinem.eius tamen
ſpecies habent inter ſe ordinem eſſentialem.
Ex quo patet ꝙ ipſa analogia ſe tenet et po
teſt ſtare cum vniuocatione. Quartus gradꝰ
eſt minoꝛ predictis.et eſt quando aliquid de-
ſcendit in ſua inferiora ſecundum eandem ra-
tionem tantum.non tamen ſecundum eun-
dem modum eſſendi.nec ſecundum eundem
gradũ ꝑfectionis.nec ſ3 eundẽ ordinẽ eẽntia-

lẽ: ⁊ sic ens descendit in subãz ⁊ accñs. rõ.n. entis ẽ in se eadẽ in subã ⁊ accñte. hꝫ tñ diuersuz gradũ ꝑfectionis in eis. subã.n. ꝑfectior ẽ eẽntialr̃ accidente. prius.n. descẽdit ens in subãz ꝙ̃ in accidens. subã.n. ꝓ̃supponit̃ accidenti. 2º. hꝫ aliũ moꝰ essendi in subã ꝙ̃ in accidente. in subã.n. existit independẽter ab alio subiectiue. In accñte ãt hꝫ oppoꝰ modũ essendi. iste ãt est infimus gradus vniuocationis hñs multum de equiuocatione: qꝛ hꝫ diuersitatẽ graduuz: ⁊ modi eẽndi: ⁊ diuersitatẽ ordinis. iõ tale est sil' vniuocũ equiuocũ ⁊ analogũ. est vniuocum quantũ ad vnitatẽ rõis cõis. equiuocũ ãt ꝙ̃ꝰ ad diuersitatẽ graduũ: ⁊ modi essendi. Analogũ ãt quantũ ad ordinẽ. et hinc est ꝙ aliq aspicientes ad diuersitatẽ graduũ ꝑfectiõis. ⁊ modoꝝ eẽndi tantũ. dicunt ꝙ ens est equiuocuz.

Alij attendentes ad ordinẽ quo ens descendit in subãm ⁊ accñs. ⁊ ad ordinẽ quẽ hñt sua inferiora inter se dicunt ip̃m analoguz. Alij vero vniuocũ ad eius vnitatẽ rõis attendentes. ⁊ sic diuersificant̃ opiniones de ente q̃ oẽs opiones certe verũ dicunt in aliquo. Quita distinctio est eiusdẽ in p̊: ꝙ nõ hẽmus vniuoꝰ equiuocũ: ⁊ analogũ. dr̃nt ãt hoc mõ. qꝛ vniuocũ est cuius nomẽ significans est vnũ: ⁊ intentio significata est vna tñ. vñ vniuocũ dr̃ rõne vnitatis nois significantis ⁊ intẽtionis significate. vñ ista duo. s. ip̃m nomen significãs: et intentio significata cõparando adinuicẽ referuntur vniformiter ad se in ratiõe signi ad significatũ. ⁊ exꝰ quantũ ad hoc ꝙ sicut nomen qḋ est signũ ⁊ vnũ ita intẽtio significata ẽ vna.

Equiuocũ vero est cꝰ nomẽ est vnũ: intentiones vero plures: vñ in equiuocis vnitas nois significantis distincta est ab vnitate intẽtiõis significate: sicut multitudo vel pluralitas distinguit̃ ab vnitate. Ex quibus pꝫ ꝙ vniuoꝰ ⁊ equiuocũ ñ cõueniunt in vnitate nois. quia vtrobiqꝫ est nomẽ vnuz. dr̃nt tñ in diuersitate intentionis significate. qꝛ in vniuoco est vna intentio. in equiuoco ãt plures. Analogũ ãt ẽ qḋ significat vnitatẽ alicuius rõnis ꝺm priꝰ et posterius dictã. Ex hoc sequunt̃ tria correlaria. Primũ est qḋ in equiuocis non dr̃nt supposita ⁊ significata: ip̃m.n. equiuocũ: ut dc̃m est non significat aliqḋ vnũ cõe pluribꝰ inferioribus. sed significat primo ⁊ imediate plura. ⁊ iõ nõ est aliud significatũ a suppositis suis ꝓ quibus potest supponere. non autem sic est de vniuoco. qꝛ nomen vniuocũ significat vnã intentionẽ cõem multis inferioribꝰ. põt aũt nõ solũ supponere pro illa intentione quã significat. sed etiã pro oibus inferioribus quibus eiꝰ significatũ cõpetit. sicut pꝫ cũ dr̃. ois hõ currit. ⁊ ita aliud est significatũ vniuoci ⁊ eiꝰ suppositi. 2ꝰ correꝰ est ꝙ vniuocum est prius natura ipso equiuoco: ⁊ oẽ equiuocũ semꝑ reducit̃ ad vniuocũ sicut multitudo ad vnitatẽ. Hꝫ pꝫ. qꝛ aut qḋlꝫ istoꝝ qḋ significat equiuocũ est vniuocũ. aut nõ: si sic: hr̃ ꝓpoꝰ. si non: cum nõ sit ꝓcedere in infinitũ in significatis nominuz nec in noibus significantibus. tandẽ est deuenire ad aliqua. quoꝝ qḋlꝫ ⁊ per se est vnum et ita equiuocũ reducit̃ ad vniuocũ. sicut multa ad vnũ: ut dicit phs p̊ metha. qḋ illud qḋ non significat vnũ nihil significat. 3ꝰ correꝰ ẽ ꝙ inter vniuocũ ⁊ equiuocũ formalr̃ non ẽ dare meꝰ. lꝫ essꝫ dare materialr̃ aliquo mõ. s. quãꝰ ad ordinẽ suppositoꝝ. qḋ pꝫ: qꝛ sicut iter vnuz ⁊ nõ vnũ seu plura non est dare meꝰ. sic nec inter equiuocũ ⁊ vniuocũ. ergo omne nomen vel significat vnã intentionẽ: ⁊ sic est vniuocũ: vel non vnã: sed plures: ⁊ sic est equiuocũ. constat ãt ꝙ inter ista duo nõ est dare mediũ formalr̃. s. inter vnũ ⁊ plura. ⁊ ideo inter vniuocũ ⁊ equiuocum non est dare mediũ. nam analogũ nõ ẽ meꝰ nisi materialiter tñ. accidit.n. vniuocis ⁊ equiuocis ꝙ supposita eoꝝ habeant ordinez attributionis adinuicẽ. in hoc autẽ ordie differt analogum ab vniuoco ⁊ equiuoco. qḋlibꝫ enim hoꝝ abstrahit ab isto ordine. lꝫ etiam cũ isto saluetur vniuocũ. qꝛ habentia huiusmodi rationẽ ⁊ ordinẽ attributionis etiam hñt vnã rationẽ cõmunẽ. ⁊ tunc tale analogum se tenꝫ cũ vniuoco ⁊ non est vniuocum. quando autez talia habentia huiusmodi ordinẽ nullam hñt rationẽ cõmunẽ. tunc tale analogum se tenet cuz equiuoco. ⁊ ideo omne analogũ est formaliter vniuocum vel equiuocũ. lꝫ accñtaliter ratione. s. dicti ordinis vtrunqꝫ accñtaliter differat ab vtroqꝫ. Sexta distinctio est que ẽ Scotica. ꝙ refert dicere esse vniuocũ ⁊ esse vniuoce predicatum. albedo enim est quid vniuocum ĩ diuersis subis inquantum est in illis ꝺm eius nomen ⁊ ꝺm eius rationem. nõ tamẽ de ipsis vniuoce predicatur. nam predicari vniuoce ẽ predicari quiditatiue. differt inquã predicatõ vniuoca a predicatione denominatiua. vnde esse vniuocum pluribus nõ est nisi esse eiusdẽ rationis in omnibus queadmodum se habet albedo respectu subiectoꝝ. Sic potest dici õ ente qḋ est vniuocum. non tamen de omnibus vniuoce predicatur. qꝛ non predicatur de suis passionibus vniuoce: cum nõ predicetur quiditatiue de eis. neqꝫ etiã de vltimis differẽtijs: tamẽ sua ratio est eadem apud omnia.

De secundo huiꝰ articuli pono aliquas conclusiones. prima est. ꝙ ens sumptũ cõmuniter nõ ẽ vniuocum omnibus entibus vniuocatõne phica hanc probo sic: conceptui entis cõmuniter sũpto non correspondet vna natura in re extra. ergo conceptus entis nõ est vniuocus: tali vniuocatione. s. phica. añs ẽ euidens: qꝛ ꝯceptui entis ĩ cõi sũpti subsũt oia entia de quibus certum

ē ꝙ nō dñt aliquā vnā naturā. ꝯña etiam pȝ ex precedentib⁹. puta ex ꝑa distinctone. Secūda ꝯ°. sit hec. ꝙ ens cōiter sumptū ē vere vniuocū oīb⁹ entibus vniuocatione logica. hanc ondo sic. id qd̄ dicit aliquā vnā realitatē vel ꝑmā intentionē cōceptā sub aliqua intentione logica ē vniuocū vniuocatōe logica. sed ens cōmuniter sumptū est hi⁹. ğ rc̄. maior pȝ ex diffinitione vniuocatiōis logice posite superi⁹. minor ēt est euidens. qꝛ lȝ ens cōiter sumptū non cōcipiat̄ sub intētione generis vel dr̄ie vel alicuius secūde intētionis in genere: cōcipit̄ tñ: vel cōcipi pōt sub intētione vl̄is que vtiqȝ est intētio logica ꝛ secūda. Tertia ꝯ°. ē ista. ꝙ ens cōiter sūptū ē vniuocū oīb⁹ entib⁹ vniuocatōe methaphisica sic intelligendo ꝙ ens dicit aliquē vnū cōceptū realē abstrahibilē ab oībus entib⁹ ꝑticipantib⁹ ens quiditatiue. ꝑm quem cōceptū ens ē predicabile de oī ente q̄ditatiue ꝛ realr̄ ꝛ vniuoce ꝛ in quid. hanc cōclusionē oñdo sic. oīs intellectus certus de vno cōceptu ꝛ dubius de diuersis in quib⁹ ille certus quiditatiue includit̄: hȝ cōceptū illū de quo est certus aliū a cōceptib⁹ de quib⁹ ē dubius ꝛ vniuocū illis. sed intellectus hoīs pōt esse certus de aliquo ꝙ sit ens: dubitan⁹ tñ vtrū sit de⁹ vl̄ creatura subā vel accñs. ꝛ sic de oībus alijs in quibus includit̄ ens quiditatiue sicut pȝ. ergo conceptus entis est alius a cōceptibus dubijs ꝛ vniuocus illis. ita ꝙ de se est neuter tñ includit̄ quiditatiue in vtroqȝ illoꝝ. maior pȝ. qꝛ īpoſſe est eundē cōceptū eidē intellectui simul esse certū ꝛ dubiū. ergo vel ē alius ꝛ habet̄ ꝑpositum. vel nullus: ꝛ tunc nō est certitudo ꝺ aliquo cōceptu: est ergo alius. si ğ quiditatiue includitur in illis. sequit̄ ꝙ non tantū erit alius: sed ēt vniuocus eis. minor declarat̄ primo de deo ꝛ creatura. qꝛ quilibet ph̄us antiquus fuit certus de hoc qd̄ ponebat primū princi⁹ esse ens: puta vnus qui posuit ignē esse principiū: alius aquā. quilibet. n. erat certus ignem vel aquā esse ens. erat tñ eis incertū vtꝝ esset ens creatū vel increatū. primū vel non ꝑmuȝ. probo. non eni erat certus ꝙ esset ens primuȝ. qꝛ tunc de falso fuisset certus. falsum āt nō cōuenit sciri. nec etiā erat certus ꝙ esset ens non primū. qꝛ tunc oppositū non posuisset. 2° ꝑbatur de subā ꝛ accidente. nam ph̄i diuersi diuersimode oppinantur de luce. vnus. n. posuit ꝙ est accidens. alius ꝙ est corpus ꝛ substantia. ꝛ ille qui posuit ꝙ est subā est certus ꝙ est ens. non tamē est certus ꝙ sit sic substātia. qꝛ esset certus de falso: nec ꝙ non est substantia. qꝛ oppositū ponit. Ex quo cōcludo correlatiue. ꝙ hec ratio est apud omnē hominē insolubilis. qd̄ probatur. ratio fundata in primo ꝑncipio qd̄ quisquis negat mentitur. ꝛ totā ph̄iā destruit: est apud omnē hominē insolubilis ꝑdicta ratio est huiusmodi: vide eam. ergo rc̄.

Quantum ad tertium articulũ vbi erat videndum. vtrum in rerum natura ꝛ extra intellectũ sit aliqua vnitas realis minor q̃ numeralis sic pcedam. qm̃ primo opinionem Scoti cum suis fundamentis recitabo. z° hui⁹ opi. cuiusdaʒ doctoris expositio ponetur in qua intellectum meuʒ firmabo. ȝ° vt vtraqȝ via possit in casu teneri ꝛ ad ostendendum qñõ rõnes quorundam non concludunt aliter ponetur. De primo est cõclusio scotica. sup scõm sententiarũ. ꝙ extra intellectum est dare aliquam vnitatem minoreʒ q̃ sit vnitas numeralis. minorem inquam intensiue: sed maiorem extensiue. hec autem conclusio probatur multis rationibus. Prima est talis. si oĩs vnitas realis esset numeralis. ꝛc omnis diuersitas realis esset numeralis. ꝯñs est falsum. ergo ꝛ añs. p° ꝯñe. quia vnum ꝛ multa idem ꝛ diuersum sunt opposita. io. meta. ꝛ q̃tiens dicitur vnum oppositũ totiens dicitur ꝛ reliquum. primo topicorum. ergo cuilibʒ vnitati correspondet ppria diuersitas sua. falsitas ꝯñtis pbat̃. qꝛ oĩs diuersitas numeralis inq̃tum numeralis est equalis. ꝛ sic tm̃ differt sor. a platone q̃tum a brunello. tuʒ qꝛ sequeretur ex hoc ꝙ intellectus nõ possʒ abstrahere a sorte ꝛ a platone aliquid cõe magis q̃ a sor. ꝛ a brunello. Uñ ꝯfirmat̃ ista ppositõ. nã vna rõ cõis que est possibilis abstrahi ab aliq⁹ duob⁹ et non ab alys non põt abstrahi ab ipis meli⁹ nisi pper aliquod vnũ reptum hic ꝛ non ibi: sed ab indiuiduis eiusdem spẽi põt abstrahi aliqs conceptus cõis qui non potest ab alys abstrahi. g̃ ꝛc. z° sic. vnius actionis sensus est vnũ obiectũ fm aliquã realem vnitateʒ. sed non fʒ numeralẽ. vt pbabo. g̃ est aliqua vnitas real̃ minor vnitate numerali. mior pbat̃. quia potentia cognoscens opp⁹ fm aliquã vnitatẽ realem distinguit ipm ab oĩ alio qȝ nõ est vnuʒ illa vnitate. ſʒ sensus non cognoscit obiectũ inq̃tũ distinctũ est a quolibʒ qȝ non ẽ vnũ illa vnitate numerali. g̃ sensus non cognoscit obiectũ fm vnitatẽ numeralem. g̃ fm aliaʒ. pbatio assumpti. nullus sensus distinguit hoc radiũ sol differre numeraliter ab ipo radio lʒ continue

varieť in medio quatenus accñtia nõ migrãt
Similiter si per potentiam diuinaꝫ duo oio si
milia essent in accñtibus oibus sensus non iu/
dicaret illa esse distincta Confirmať.omnis
potentia vna realis habet aliquod vnũ obiec/
tum reale adequatum.sed obm̃ visus adequa
tum non ẽ hec albedo.ġ ⁊c̃.iteꝝ.quia obiectuꝫ
inquantũ obiectũ p̃cedit actum intelligendi.
sꝫ obiectum intellectꝰ non est singulare.ġ ⁊c̃.
¶ in oĩ genere est aliqđ vnuꝫ p̃mũ quod ẽ men
sura oium illius generis.io.meta.sed illud vꝰ
non ẽ vnũ numero nec ens rõnis vt est euidẽs
igiť ⁊c̃.minoꝛ ꝓbať p̃ ꝙ non ẽ vnum numero.
qꝛ inter indiuidua non ẽ oꝛdo eẽntialis. men/
surati autẽ ad mẽsuram ẽ oꝛdo eẽntialis.ġ ⁊c̃.
Qđ etiam non sit per inteꝰpꝫ.nam nullum ẽs
rõnis est mensura entis realis.cũ mensura sit
perfectioꝛ mensurato.io.meta. ¶ idẽ simile
⁊ equale sup vnum fundať 5°meta. tũc sic.nul
lo ĩtellectu exñte due linee sunt equales: qꝛ ñ
se excedunt:sꝫ quecũqꝫ sunt equalia sũt vnum
numero.vt pꝫ.ġ ⁊c̃.Similiter nullo ĩtellectu
exñte duo alba sũt siľia.pꝫ.et põt deduci vna
talis ꝓbatio.qñcunqꝫ aliquid non potest disti
guere inter hoc ⁊ illud ĩter ip̃a est siľitudo. sed
ĩter duo entia alba nullꝰ põt distiguere.ġ ⁊c̃.

¶ ois entitas necessario exacta aliquẽ effe/
ctuꝫ realem est realis.sed vnitas minoꝛ q̃ꝫ nũe
ralis est hꝰ.ergo ⁊c̃.minoꝛ ꝓbatur.quia in ge/
neratione vniuocca que est oĩ intellectu circũ/
scripto requiriť nec° ꝙ generans ⁊ genitũ sint
eiusdem speciei 7°meta.ergo ⁊c̃. ¶ vniꝰ op/
põnis realis sunt duo extrema realia.sed con/
trarietas est oppõ realis.ġ vtrunqꝫ extremuꝫ
est reale ⁊ vnum.sed non vnitate numerali vt
ꝓbabo.ergo ⁊c̃.maioꝛ patet.quia vnũ reale de
struit ⁊ coꝛrumpit aliud.minoꝛ ꝓbatur.qꝛ tũc
pꝛecise hoc album eẽt contrariũ huic nigro.
¶ oĩ intellectu circũscripto oppoĩta eẽnt p̃mo
diuersa ex quo in nullo conuenirent.sed talia
non sunt vnum nũero. ¶ qꝛ subiectũ scie rea
lis ẽ reale:sed illđ nõ ẽ vnũ nũero.ġ ⁊c̃. h scotꝰ
qualis aũt sit ista vnitas.dicit ꝙ põt declara
ri p dictũ Auicẽ.5.meta.vbi vľt ꝙ eqnitas sit
tm̃ eqnitas.nec ẽ ex se vna nec pľes.nec vľis nec
pticularis.Intelligo dicit ip̃e nõ ex se vna vni
tate nũerali.nec pľes pľitate opposita illi vni/
tati.nec vľis actu.eo mõ vꝫ quo ẽ aliqd vľe fa
ctũ ab aia vľ ab ĩtellectu.nec vt ẽ ĩtellectꝰ obie
ctũ:nec ẽ pticularis de se lꝫ nunq̃ꝫ sit realr sine
aliq̃ istoꝝ.sꝫ ẽ pꝛioꝛ realr oibus istis.⁊ ẜm istã
p̃oꝛitateꝫ naturalẽ est per se obiectuꝫ ĩtellectꝰ
⁊ vt sic considereť a metaphico ⁊ vt sic expꝛi/
mitur p diffinitõeꝫ ⁊ vt sic hꝫ illa natura enti
tatẽ realẽ de se indr̃ntem ⁊ indeterminatã ad
singularitatẽ ⁊ ẜm istam entitatem habet vni
tatem sibi ꝓpoꝛtionabilem ẜm quã sibi debeť
indr̃ia quedaꝫ.vñ lꝫ ð se nõ habeat quiditatie

istam vnitatem.quoniã equinitas est tãtũ eq/
nitas.est tamẽ eius pars ẜm entitatem sibi ꝓ/
pꝛiã. Sed cõtra hec ipse replicat.p̃ quia vide
tur ponere aliqđ vľe in re.quod est contra cõ/
mentatoꝛem p̃ de aia.Intellectus est qui facit
vľitatem in rebus. ¶ Damascenus dicit sic
In oĩbus creaturis hypotheticis dĩo in re ꝯsi/
deratur cõitas in intellectu considerať.Intel
ligimus inquã in intellectu.quoniã petrus et
ioãnes vnius sunt nature ⁊ cõem habent na/
turã. ¶ arguit sic.ista vnitas aut est alicuiꝰ
in eodem numeralr aut in aliq̃ alio:non ĩ eodẽ
numero.qꝛ quicquid est in eodẽ nũero est ideꝫ
nũero.nec in duobꝰ:qꝛ qđ est in eis hoc est vnũ
ẜm damascenũ. Rñdeo.ꝓ cuiꝰ euidentia po
niť talis distinctio ꝙ vľe põt sumi dupľr:vno
mõ ꝓ intentione scđa.alio° ꝓ illo qđ denoiatur
ab illa intentione scđa qđ est aliquid p̃me intẽ
tionis.⁊ hoc mõ põt sumi dupľr.vno° pꝛo illo
qđ est quasi subiectũ remotũ ⁊ denoiatum ab
ista secũda intentione.⁊ sic natura absolute sũ
pta diciť vľe quatenus nõ est de se hec ⁊ ita nõ
repugnat sibi dici de multis:⁊ natura sic acce
pta indetermiata p̃uatiue seu negatiue ⁊ ẽ ap/
ta nata aptitudine remota dici de multis ⁊ nõ
ꝓpinqua ⁊ hoc ĩest sibi p intelleꝰ.iam.n.esset
actu vľis.alio mõ potest accipi ꝓ subiecto pꝛo/
pinquo qđ est ipsa natura indeterminata con/
trarie.vt.s.cõiuncta actuali indeterminatiõi
q̃si habitui cõtrario.⁊ hoc modo non ẽ vľe nisi
actuali intelligentia:que indeterminatõ attri
buiť sibi p intellectũ ⁊ vt sic est apta nata pꝛo/
pinqꝫ de pľibus pꝛedicari. ⁊ isto° intelligit cõ/
mentatoꝛ ꝙ nõ est dare vľe in rebus.⁊ sic patꝫ
ad p̃muꝫ argꝰ. Ad illud Damasceni dicit ꝙ
in rerum natura nõ est dare aliquod cõe qđ sit
de pluribus pꝛedicabile ⁊ in pluribus vnuꝫ lꝫ
sit ita cõe qđ nõ repugnet sibi eẽ in aliq̃ q̃ꝫ ĩ eo
in quo est. Ad tertiũ dicit ꝙ ista vnitas reaľ
nõ est alicuiꝰ existentis in duobus indiuiduis
sed in vno.et cum dr̃ ꝙ quicquid est in singula
ri est singulare.verũ est per se vel p aliud:⁊ h
est iã declaratũ.hec est positio Scoti cum suis
motiuis ⁊ instantys fideliter recitata nec plus
de ista materia ipse ponit.

Quãtũ ad zꝰ huius tertij articuli vbi
erat ponenda vna expositio hꝰ
põnis Sco.est sciendum ꝙ ẽ vnus modus ex
ponendi francisci de marchia non fuisse de mẽ
te scoti ponere aliquã vnitatẽ positiuã ex natu
ra rei minoꝛem vnitate numerali.sed solũmõ
pꝛiuatiuaꝫ. Ad cuiꝰ euidentiã ipse pꝛemittit
vnam distinctioneꝫ ꝙ triplex est vnitas. Que
dã mere positiua:alia mere pꝛiuatiua.alia me
dia que ẽ partim pꝛiuatiua ⁊ partim positiua.
vnitas mere pꝛiuatiua est qñ aliquid quãtum
ẽ de se est aptum natũ eẽ vnum.ꝙ autẽ non sit
vnum hoc ẽ per aliquid extrinsecum ip̃m diui

dens ⁊ distinguens. ⁊ ipsum non ꝑmittens per
ꝯñs esse vnũ sicut materia saltẽ oium genera/
bilium ⁊ corruptibiliũ. quantum ẽ de se est ap
ta nata esse vna: qꝛ non hꝫ de se vñ distinguat᷑.
distinguit᷑ aũt ⁊ patit᷑ seu diuidit᷑ per formas.
⁊ iõ non positiue vna actu cum sit per formas
actu diuisa: sꝫ tãtuꝫ ꝓuatiue. ⁊ hoc modo itelli
gẽdũ est illud dictuꝫ phi in. 5. meta. q̈ materia
est vna nũero in oibus. hoc siquidẽ est vnũ nõ
positiue cum sit distincta ⁊ diuisa realr̃ loco et
subõ sed priuatiue: quia quãtum est de se non
itelligit᷑ sine drĩs vel formis ipsam indiuiduã
tibus vel numeraliter ipam distinguentibꝰ ap
ta est esse vna nũero. nec q̈ distiguat᷑ nũero hꝫ
a se sed ab extrinseco. Unitas positiua est q̃
aliquid est vnum actu sicut materia que ẽ in il
lo indiuiduo est actu positiue vna. lꝫ ista que ẽ
in isto. ⁊ illa que est in illo sint solum vnum pri
uatiue. Unitas media est qua aliquid q̃tuꝫ
est ex se natum est habere aliquam vnitatem ⁊
tñ per aliquid extrinsecũ non habꝫ aliquã ali/
qꝫ. Tunc ad ppoꝰ dico q̈ natura speciei ⁊ na
tura generi tam subalterni q̃ꝫ generalissimi ha
bent extra intellectuꝫ aliquã vnitatem priua/
tiuam: qõ pꝫ. natura eniꝫ speciei est de se indif/
finita ⁊ indiuisa numeralr̃. ⁊ iõ q̃tum est de se
non repugnat sibi vnitas numeral̃. q̈ aũt istã
vnitateꝫ realẽ quã de se nata est hr̃e non hẽat
hꝫ est ꝓpter differentias diuersas ⁊ indiuidua
les ipam in diuersis indiuiduis distinguẽtes
⁊ cum hoc diuidentes. Confirmatur de gene
re respectu spẽrum. q̈. n. genus non sit vꝰ vni
tate specifica hoc non est ex se sꝫ ex rõne drĩaꝝ
specificaruꝫ ipsum in diuersis spẽbus diuidẽ/
tium. vnde si natura speciei poneret᷑ per impos
sibile sine drĩs ipsam distinguẽtibus non essꝫ
vna numero distincta: nec genꝰ sine differẽtĩs
specificis positum eẽt spẽ diuisum. vnitas aũt
positiua extra intellectum est ꝑ remotionẽ ois
diuersitatis ⁊ talem vnitatẽ non habet genus
nec spẽs nec aliquid aliud a singulari nisi tm̃ ꝑ
intellectum cõsiderãteꝫ quodlibꝫ istorũ. s. ge/
nus ⁊ spẽs ⁊ vl̃e quodcunqꝫ per remotionẽ dif
ferentiaꝝ ipm diuidentiũ. ⁊ sic est verũ dictuꝫ
illud cõmentatoris q̈ intellectꝰ est qui fac̃ vni
uersalitatẽ in rebꝰ. Unitas aũt media est qua
aliquid extra intellectum intelligit᷑ esse vnum
aliqua vnitate: licet sit diuisum realiter ⁊ disti
ctum in pluribꝰ. que quidem vnitas est priua
tiua i ordine ad diuidentẽ. siue ad maiorẽ vni
tatem puta numeralẽ: que tollitur per diuersi
tatem in se tamẽ est positiua. Hoc premisso
dicit q̈ Sco. nunq̃ꝫ intellexit ponere vnitateꝫ
positiuã extra intellectum minoreꝫ vnitate nu
merali: sed solũmodo priuatiuam: quod posset
etiam sic ꝓbari. nullũ diuisuꝫ in aliqua plura
ꝭm aliq̃ꝫ eius vnitatẽ remanet post factam di/
uisionem vnum illa vnitate ꝭm quã diuisum
est. Ois enim diuisio tollit vnitatem aliquaꝫ a
diuisis: sed natura specifica diuidit᷑ in indiui/
dua ꝭm vnitatem specificam. g̊ natura ipa spe
cifica in indiuiduis diuisa non remanet vna i
spẽ in eis. probo minorem: puta q̈ natura spe/
cifica in indiuidua diuidat᷑ ꝭm naturam speci
ficam. nõ tamen ꝭm numeralem cuꝫ talẽ non
habeat. ergo ⁊c̃. P̃ vnitas ista que respicit in
differenter sua supposita ꝭm quãcunqꝫ distan/
tiam ipoꝝ finita vel infinita est infinita. sꝫ
vnitas specifica respicit sua indiuidua ꝭꝫ quã
libet distantiã. natura enim specifica semꝑ ne
cessario est in suis indiuiduis quãtũcũqꝫ etiaꝫ
in infinitũ distantibus. g̊ si huiusmodi vnitas
sit realis erit actu infinita: nec rões Scoti vt
dixi ꝓbant nisi vnitatem priuatiuaꝫ. hec patꝫ
discurrendo. Ad primum de vnitate ⁊ diuer/
sitate dico q̈ sicut extra intellectũ est dare ma
iorem diuersitatem diuersitate numerali: ita
etiam extra intellectum est dare vnitatem mi/
norem vnitate numerali. s. priuatiuam. q̈ aũt
sit positiua hoc non ꝓbat rõ. quãtũcũqꝫ enim
albedo ꝓpter vnitatem quã habet in qualibet
ꝑticulari albedine. nullam tamen vnitatẽ po/
sitiuam habꝫ extra intellectum. adhuc nõ ob/
stante hoc. hec albedo magis distinguitur a ni
gredine q̃ꝫ ab alia albedine. qꝛ albedo numero
dicitur ab albedine a nigredine vero spẽ. Ad
2ꝰ dico q̈ vnius actionis sensus est vnũ obiec
tum ꝭm vnitatem priuatiuam. non autem po/
sitiuam. Silr̃ dico de confirmatõne. Ad 3ꝰ
de mensura dico q̈ illud qõ est mensura in q̊li/
bet genere est res ipa que est fundamentũ vni
tatis: puta albedo ⁊ ista est hñ ex̃ aiaꝫ. vñ ꝯce.
q̈ est dare entitatem realem extra intellectuꝫ
distinctam ab oibus indiuiduis. sed huiusmo
di entitas vt sic distincta habet extra intelleꝰ
aliquã vnitatem positiuã. hoc non ꝓbat rõ. qꝛ
nec vnitas albedinis est mẽsura aliorum colo/
rũ nec ipsa albedo vt fundamentũ vnitatis: sꝫ
ꝑcise ꝭm rõeꝫ sue entitati absolute non vt vna
vel plures. Ad 4ꝰ de silitudine ⁊ qualitate
sufficit q̈ eorum qualitas ⁊ quãtitas sit vna ꝓ/
uatiue. Ad 5ꝰ de generatione vniuoca suffic̃
q̈ natura sit vna priuatiue in generante ⁊ geni
to. Ad 6ꝰ de oppõne reali concedo q̈ opposi/
tio contrarietatis quecũqꝫ oꝫ q̈ habeat duo ex
trema realia. non enim potest esse realis oppõ
nisi sit inter ens ⁊ ens. dico tamẽ q̈ liceꝫ vtrũqꝫ
extremum contrarietatis sit ens reale positiꝰ
⁊ extra intellectum: puta calidum ⁊ frigidum
vel albedo ⁊ nigredo vnũ tamen ipsorum hẽt
extra intellectũ aliquã vnitatem realeꝫ positi
uam preter numeralẽ quã habet vtrũqꝫ i suis
indiuiduis. haberent tamen hiꝰ vnitatem nisi
essent drĩe diuidentes. nec ꝓpter hoc sequitur
q̈ contrarietas ista non sit real̃: qꝛ nec albedo
contrariat᷑ nigredini ratione sue vnitatis: sed

ratione sue entitatis absolute. Ad aliud patꝫ per idem. Uidetur ergo satis probabiliter dcꝫ ⁊ concordare doctrine Scoti nullam vnitateꝫ positiuam realem extra intellectum esse si non sit numeralis. Quantũ ad 3ᵘᵐ huius articuli est alter modus exponendi Scotuꝫ ꝙ extra itellectum est dare aliquã positiuam realẽ vnitatem minoreꝫ intensiue vnitate numerali: lꝫ sit alia extensiue sic ꝙ imaginatur aliquam entitatem cõem realem extra intellectum in qua aliqua plura preter intellectum conueniunt. Ad cuius declarationem premittuntur primo descriptiones quedaꝫ vnitatis specifice: vt appareat qualis sit intentio ponentium istam. Prima descriptio est per causam materialeꝫ ⁊ formalem que est hec ꝙ vnitas specifica est indistinctio aliquorum naturam aliquam participantium in esse diffinibili ⁊ quiditatiuo illiᵘˢ nature ⁊ distinctio eorũdem a quibuscunqꝫ nõ participantibus illam naturam ſm esse suum diffinibile ⁊ quiditatiuum. vt vnitas specifica in humanitate est distinctio hominuꝫ in eẽ humano vel in esse diffinibili ⁊ quiditatiuo. ⁊ distinctio hominuꝫ a non hominibus ⁊ ab his q̃ non participant humanitatem vel esse humanum. Secunda descriptio est hec que est simpliciter per causas extrinsecas. i. efficientem ⁊ finaleꝫ. vnitas specifica est indistinctio aliquorum causatoruꝫ ab eadem causa totali prima ⁊ indistincta ſm esse quod habent sub ea inqꝫᵘᵐ talis ⁊ eadem est distinctio istoꝝ cãtoruꝫ a quibusdam non causabilibus ab eadẽ cã inquãᵘᵐ talis causa est. hanc contraho ad terminos speciales ⁊ dico ꝙ vnitas specifica figurarum impressaꝝ in cera sigillo regis est indiᵒ figuraruꝫ illaꝝ ſm eẽ qꝺ habent in illo sigillo inquantũ tale sigillũ est. Tertia descriptio est ista q̃ datur per effectum. Unitas specifica aliquarũ causarũ est indiᵒ earuꝫ ſm qꝺ ab eis potest esse vnus ⁊ idem effectus inquantũ talis effectus est. de ista tamẽ entitate specifica dico ꝙ ẽ duplex. Quedam creata ⁊ quedam increata. Est autem triplex differentia inter istas. quia entitas increata ex ratione sue quiditatis est determinata ad actualem exñtiam. Entitas autem creata non est determinata ad existere vel nõ existere. Si. n. ex ratione sua esset determiata ad existere haberet necessario esse sicut deᵘˢ. si aũt ad non existere haberet ipossibile esse sicͭ chimera: quia chimera ex rõe sua est determinata ad non existere. iõ eius entitas dicit̃ ꝓhibita ⁊ fictitia. Secũda dñia est. quia entitas increata est ex ratõe sue quiditatis indiuisibil' ⁊ iptibilis in plura supposita: qꝫuis. n. sit in plibus suppositis. non tamẽ partit̃ nec diuiditur in illa. Entitas vero creata est partibilis ⁊ diuisibilis in plura supposita ⁊ non est ex se vna numero nec plures ſm numeruꝫ. Tertia differentia est quoniam quodlibet suppositũ entitatis increate est ens per essentiã. ex eo ꝙ habet totam quiditatem spẽi sue. quiditas vero entitatis create habet supposita quoruꝫ quodlibet est ens ꝑ participationẽ: qꝛ nullum eoruꝫ habet in se totam quiditatem sue speciei. Ex his tribus dictis apparet ꝙ entitas spẽi seu quiditas in rebus creatis non est entitas simplr̃. ⁊ per ꝯñs vnitas talis entitatis nõ est vnitas simplr̃ sed ſm quid. nihil enim est in sorte qui sit distinctum ab oĩ eo quod est in platone. ⁊ hͣ indiuisio importat̃ per vnitatem numeralem. Est tamen in sorte humanitas que inquantuꝫ humanitas non est diuisa in sorte ⁊ platone. est tamen diuisa ab equo ⁊ asino ⁊ ab omni nõ homine. ⁊ hanc indiuisionẽ hominum inter se ⁊ diuisionem ab alijs voco vnitatem specificã

Hanc autem conclusionem de vnitate specifica positam que potest esse in rerum natura ꝓbo. ꝑmo sic. nulla vnitas positiua realis remouet̃ ab aliquibus nisi ꝓpter diuersitatem aliquã oppositam nature: quam includunt. sed indiuidua eiusdem speciei puta sortes ⁊ plato nõ includunt diuersitatem aliquã oppositaꝫ vnitati specifice extra intellectũ. ergo ista ab istis non potest remoueri. maior patet. nam vnum oppositum nunqꝫ remouetur ab aliquibus nisi ꝓpter põnem vel presentiã alterius oppositi minor ꝓbatur. quia ista indiuidua non includunt nisi diuersitatem numeralem que nõ opponitur vnitati specifice Confirmatur ratõ. quecunqꝫ non sunt distincta necessario sunt indistincta ⁊ q̃ ñ sunt diuisa necessario sunt indiuisa. ⁊ etiam econuerso. sed sor. ⁊ plato sunt specifice non distincti nec diuisi extra intellectuꝫ ⁊ etiam positiue. ergo sunt specifice indiffiniti ⁊ indiuisi. sꝫ idistinctõ ⁊ indiuisio fundant vnitatem. ergo ⁊c. Item maior diuersitas superueniens minori remouet aliquam vnitatem quã non potest remouere minor: sed diuersitas specifica que est maior qꝫ numeralis remouet vnitatem specificam extra intellectum. ergo cum diuersitas numeralis sit minor qꝫ diuersitas specifica ipsa sine diuersitate specifica non poterit remouere istam vnitatem. maior patet. Naꝫ iperfectius non potest in effectum cause ꝑfectioris. ꝓ. q̃cũqꝫ sũt realr̃ ⁊ positiẽ disticta ñ tñ ſꝫ oẽꝫ ratõeꝫ inclusam in eis: sed secũduꝫ aliquam rationem in eis inclusam sunt essentialiter ⁊ positiue indistincta ⁊ vnum. sed sor. ⁊ plato sunt realiter ⁊ positiue disticti. non tam̃ secundum omnem rationem in eis inclusam. ergo saltem secundum istam sunt positiue realiter ⁊ essentialiter indistincti. maior patet per contradictioneꝫ. minor probatur. quia vel sor. distinguitur a platone ſꝫ ꝙ hõ vl' nõ ſꝫ ꝙ hõ si ſm ꝙ homo. g° oĩs homo distinguit̃ a platõe qꝛ inquantũ tale est vl'e. pꝫ ꝯña ab inferiori ad

suũ superius affirmatiue. ergo cũ plato sit homo: distinguet̃ a seipso. si detur aliud: hr̃ ppositũ. P̃ si nulla vnitas realis sit preter intellectũ minor numerali. sequũtur ista incõuenientia. Primo ꝙ destrueret̃ loquela. 2° scia. 3° natura. 4° methaphisica. 5° mathematica. 6° lex diuina ⁊ humana. ⁊ oia precepta legis. Hec ãt oia sunt incõuenientia. g̊ ⁊c̃. p° qd̕libet istoꝝ. primo ꝙ destrueretur loquela. nã supposito ꝙ aliquis proferat istã vocez. oĩs hõ currit. tunc li hõ vel significat istũ hominẽ singularẽ vel conceptũ logicalẽ. vel hominem cõem realiter. nõ põt dari primũ. qꝛ nullũ singulare ẽ distribuibile. nec 2ᵐ. qꝛ null⁹ ꝯcept⁹ logicalis potest currere vel bibere. g̊ sequit̃ ꝙ 3ᵐ qd̕ est propoᵐ. 2ᵐ impoñe. s. ꝙ destrueret̃ scientia probo. nã scientia est alicuius passiõis que inest alicui subõ primo ⁊ adequate. null⁹ ãt conceptus logicalis potest esse subiectũ aliquaꝝ passionũ realium. nullus enim concept⁹ logicalis est per se primo risibilis. g̊ ⁊c̃. 3° destrueretur natura. nã natura agit propter finẽ non propter vnũ signatũ. ergo ⁊c̃ 4° destrueretur methaphisica. nã destruerentur e⁹ pprie passiones. puta hoc qd̕ est dr̃ia. nam cũ dr̃ia sit alicui idẽ essentialiter: ⁊ per te nulla talia ex̃ itellectũ sint vnũ. ergo non erit dr̃ia: ⁊ sic destrueretur passio ⁊ methaphisica. cũ tñ ipsa sit scia realis dz habere passiones reales. 5ᵐ probo. nã mathematica probat aliquã figurã habere primo tres angulos. nullus ãt conceptus logicalis habet tres angulos nec aliqd̕ singulare. probo. qꝛ tunc sequeretur ꝙ solũ illud haberz adequate. 3. angulos. 6ᵐ probo. accipio h̕ p̃ceptũ. diliges proximũ tuũ. istud est vnũ preceptũ de illis. io. illa g̊ dilectio que hic precipitur vel est dilectio singularis: vel dilectio fcã per logicos: vel dilectio realis cõis: non hec dilectio. qꝛ ad cõplendũ hoc preceptuz sufficerz vna dilectio: qd̕ est euidenter fl̃m. 2ᵐ etiã ñ. multũ enim videtur repugnans legi diuine ꝙ ipsa dependeat ex conceptibus logicoꝝ. g̊ opz ponere 3ᵐ. Confirmatur ratio. omne vnũ p̃dicatũ de aliquibus duobus eẽntialiter ⁊ qdditatiue manet ĩ eis omni ĩtellectu circũscripto: aĩal cõmune predicatur de duobus eẽntialr̃ ⁊ quiditatiue. ⁊ qd̕cũqꝫ tale superius de inferiori ut ponit tota logica. ergo ⁊c̃. Et posset esse 7ᵐ inconueniens. ꝙ tunc destrueretur logica. Confirmatur ratio. omne factũ per intellectũ est accidens ⁊ ens rationis. sed nullũ tale predicatur eẽntialiter de re. ergo ⁊c̃. Sed cõtra istã conclusionẽ arguit Aureolus. qꝛ tunc vno indiuiduo anihilato omnia anihilarentur. et vno creato nihil possz nouiter creari. ista sunt impossibilia. ergo ⁊c̃. Primuz probatur sic. anihilato aliquo simpliciter anihilatur omne quod est in eo. sed illa humanitas cõmunis p te est in forte. ergo ipso anihilato anihilabitur ⁊ ipsa. sed anihilato aliquo cõmuni anihilant̃ eius singularia. ergo ⁊c̃. Secundũ etiam probatur. qꝛ illud non potest nouiter creari. cuius aliqua entitas seu realitas precessit. sed per te in isto indiuiduo qd̕ ante precessit: puta in soꝛ. heri producto est aliqua realitas cõmunis sibi ⁊ illi qui debet creari: qꝛ humanitas. ergo ⁊c̃. Preterea. qꝛ in eadẽ re vel indiuiduo essent due humanitates. vna propria per quam distinguitur soꝛ. a platone: ⁊ alia cõmunis per te. ergo ⁊c̃. ⁊ hoc est inconueniens quod deduc̃ Aristo. contra platonem ponentẽ ideas. 7. methã. Respondeo negando cõsequentias. ad p̃mam probationem dico. ꝙ anihilato aliquo indiuiduo simpliciter duo sufficiunt. primo ꝙ e⁹ entitas singularis anihiletur. secũdo ꝙ destruatur tota eius entitas categromatice sumpta quantũ ad illam tertiam entitatẽ que resultat ex partibus. certum est eniz ꝙ quando res corrumpitur ꝙ remanet eius materia cum sit incorruptibilis. Ad secundã probationez alterius consequẽtie. dico ꝙ illud non potest creari. cuius precessit aliqua entitas singularis.

Ad aliud dicitur. ꝙ non debent dicere proprie due humanitates. vna enim est in vtroqꝫ indistincta que ad diuersa contrahitur per diuersos gradus hypostaticos. qꝛ igitur ratiões contra istam partem non videntur concludẽre: potest igitur satis probabiliter teneri. licet forte precedens sit magis subtilis ⁊ magis consona opinioni Scoti. Ad rationes principales respondeo. et primo ad primã dico ꝙ ista ratio indiuidualis est addita ipsi nature specifice: vnde est iste modus imaginandi ꝙ differentia indiuidualis est sicut ratio quedã actuatiua: ⁊ actualis. ipsa autem natura est sicut quedaz ratio potentialis ex quorum vnione resultat. tertia entitas que est indiuiduũ sicut ponitur de rationali ⁊ animali. ex quoꝛuz vnione resultat humanitas. patet ergo ꝙ ista differentia indiuidualis est addita ipsi nature specifice: sic̃ ratio actualis potentiali. Ad primã probationẽ. qꝛ tunc esset singularis dictuz est supra ꝙ verum est extrinsece ⁊ denominatiue. de se ãt dicit vnitatẽ minorem numerali. Ad aliã dico ꝙ cõitas ⁊ singularitas ꝺm idem ⁊ eundem respectum non sunt cõpossibilia in eodẽ: bene tamen ꝺm diuersa. ergo ⁊c̃. Esse igitur singulare denominatiue: ⁊ per aliud. de se autez non: sed cõmune hoc non est impossibile. Ad secũdam rationem dico. ꝙ duplicia sunt componẽtia. quedaz phisica sicut materia ⁊ forma. quedã methaphisica. ut quelibet ratio actualis cũ alia tali ratõne põli. ĩ multis ãt ẽ ꝺa sine p̃ma. dico ergo ꝙ in eodẽ composito pñt esse plures

compositões ꝛ componẽtia methaphisica sine
plurificatione compositi. hoc ñ ē inconueniēs.
Ad ꝯfirmationē. di° ꝙ ista ratio indiuidual'
nec est materia nec forma nec compositũ: sed
vltima realitas huius vel illius. Ad tertiaz
rationē conce° maiorem ꝛ nego minorē. Ad
primã probationez de priuatione ꝛ negatione
dictũ fuit iam supra. ꝙ sic arguentes non intel
ligunt titulum questionis. similiter ad proba/
tionem de quantitate fuit dictum ibi.

Uerit̃ vtrũ genus

ꝛ differẽtia dicãt distinctas realitates.
ꝙ non videtur. naz si sic sequeretur ꝙ aliquid
ſm essentiaz sui simplicem esset vere ꝛ realiter
compositũ. cõsequens est falsum. ergo ꝛ ante/
cedens. falsitas cõsequentis patet per implica
tionē cõtradictionis. cõsequẽtia probatur. qꝛ
omne includens realitatē actualē distinctã re
aliter a realitate potentiali est realiter compo/
situm. actus eniz ꝛ potentia sunt radices ꝑme
compositiõis. cum ergo albedo sit forma sim/
plex ſm auctorē sex principiorũ: ꝛ includit ge⁹
ꝛ differentiã que per te sunt realiter distincta:
ipsa erit realiter composita. Preterea arguit
Aureolus. quãdocunqꝫ aliqua res potentialis
ꝛ prior respicit plures actualitates: de⁹ potest
facere illã sub actualitate alia ꝛ transmutare
ab vna in aliam. cũ ergo realitas generis sit po
tentialis ꝛ realiter distincta per te ꝛ indifferẽs
ad vtranqꝫ differentiã deus poterit transmu/
tare ipsam animalitatē a rationalitate in irra/
tionalitatez. qd̃ est falsũ euidenter. maior pa/
tet. qꝛ non est cõtradictio ꝙ diuisa priori actu/
alitate possit esse sub alia. Preterea omnis
realitas eo formalr̃ quo mouet visum disgre/
gat vel congregat. ꝛ econuerso. aliter posset dis
gregare sine motione. sed albedo disgregat ra/
tione disgregationis. ꝛ mouet ratione colorei/
tatis. ergo in albedine coloreitas ꝛ disgregatõ
sunt vna simplex realitas. Preterea omnis
realitas prior distincta realiter ab ipsa est per
potentiam diuinã ab alia precisibilis ꝛ sepabi
lis. cum ergo genus sit prius differentia sicut
potentia actu. si ergo genus est distinctũ rea/
liter: deus poterit facere genus sine differẽtia
omni. ꝛ sic esse al'. qd̃ ñ esset rõale nec irrõnale.

In oppositum

est Ari. hic i pri
mo phicorum.
qui contra Parmenidē volens probare plura/
litatē ipsam probat ex multitudine generis et
differentie ꝛ diffinitionis. Ista autē multipli/
citas non potest esse rationis. qꝛ Parmenides
istã non negaret cum eiusdē ad se sit talis mul
tiplicitas. ergo oportet ꝙ sit realis. Respon/
deo primo videbitur propositũ. z° videbitur
vtrũ realitas importata per conceptũ differē/
tie sit inclusiua realitatis generis ꝛ e⁹ entitati.

Quantum ad

primũ pono. 3. cõ
clusiones. Pri/
ma est ista. ꝙ genus ꝛ differentia distinguunt̃
conceptibiliter. hec probatur sic. impossibile ē
vnũ ꝛ eundē conceptũ eidez intellectui simul
esse certũ ꝛ dubiũ. sed cũ certitudine de conce/
ptu generis stat dubitatio cuiuslibꝫ dr̃ie. ergo
ꝛc̃. minor pꝫ. qꝛ a remotis ego suz certus de ali
quo qd̃ est coloratũ: ꝛ tñ dubito si est albũ: vel
nigrum: si congregatiuũ vel disgregatiuum.
Preterea oĩs conceptus mere potentialis ꝛ
confusus est distinctus a conceptu mere actu/
ali ꝛ determinato. sed conceptus dr̃ie est mere
actualis ꝛ determinatus. cõceptus autē gene
ris est mere potentialis ꝛ confusus. g̊ ꝛc̃. mi̇or
pꝫ. qꝛ conceptus cõtractiuus est actualis. con
tractus v̊o potentialis ꝛ confusus. Sed iux̃
probationē minoris prime rationis de colore
viso a remotis est duplex dubi° Aureoli. Pri
ma est. oĩs realitas actualior ꝛ perfectior alia
potest a remotis ꝛ in maiori distantia aliqꝫ po/
tentiã mouere qꝫ alia. sed realitas h⁹ albedis
est actualior ꝛ perfectior realitate h⁹ coloris. g̊
a remotis citius videbitur hec albedo qꝫ h̃ co/
lor. maior ꝓbatur. qꝛ vnũqd̃qꝫ mouet ꝛ agit ſꝫ
ꝙ est ens actu. minor ꝓbatur. nã realitas indi
uidui spẽi: cũ sit inclusiua dr̃ie: actualior est ꝛ
perfectior realitate indiuidui generis. z° sic:
vnũqd̃qꝫ agens naturale qꝫto magis appropi/
quatur suo passo: tanto magis ꝛ fortius potest
agere. sed color de propinquo exquo a remoti
citius videtur ꝛ prius qꝫ albedo: citi⁹ videbit̃
qꝫ sit ipsa albedo. vñ dicit ipse nõ videt̃ rõ q̃re
accedēte albo visui oculi causabitur realitas
huius coloris. has duas rationes facit Aureo
lus ꝙ genus ꝛ dr̃ia non dicant distinctas rea/
litates. nec ꝙ a distinctis sumant̃. sed soluz ex
diuersitate impressionis. ꝛ tamē possunt redu/
ci optime contra ipsum. Et ideo respõdeo ad
primã. pro cuius euidentia pono istã distincti/
onē ꝙ aliquid esse actualius ꝛ perfectius alio
potest eē dupliciter. vno modo intensiue: alio
modo extēsiue. Exemplũ primi. albedo mar/
garite est perfectior ꝛ actualior intensiue qꝫ al
bedo equi. sed ecõtra albedo equi est perfecti/
or ꝛ actualior extensiue qꝫ albedo margarite.
per hoc patet ad maiorē prime rationis. conce
do. n. ꝙ quanto aliquid est actualius ꝛ perfe/
ctius alio intensiue ꝛ extensiue. tanto potest a
remotiori potentiã imutare. non autē quando
solum est intensiue: non enim albedo margari
te imutat visum a remotiori perfectius qꝫ albe
do equi. tunc dico ꝙ licet species sit actualior
ꝛ perfectior genere intensiue: non tamen extē/
siue. genus enim est illimitati⁹ ipsa specie: qꝛ id
qd̃ est indifferens ad aliqua plura est illimita
tius qꝫ aliqd̃ illorum. per hoc patet ad secũdaz
rationē. ꝙ ista maior hꝫ veritatē: si illud agēs

naturale dicat perfectionē intensiuam ⁊ quā/
tum est de se. vnde si esset possibile (qđ tamen
eēt ꝯdictio) ꝙ color eēt sepat⁹ a nigredie ⁊ albe
dine pfecti⁹ videret̄ de ꝓpinquo ꝗ̄ de lōginq̄.
Secunda ꝯ°. est ista. ꝙ conceptus generis et
drie sumitur ab alia ⁊ alia realitate. vbi scien/
dū ꝙ quantū ad hoc sunt duo modi dicēdi. p̄/
mus est Aureoli dicentis. ꝙ diuersitas conce/
ptuū generis ⁊ drie habet ortum vltimate ex
diuersitate impressiōis. quas eadē res simul
omnino est nata facere ī intellectu. quaꝝ vna
est perfectior alia: ita ꝙ ex hoc respicit imper/
fectā impressionē sui in intellectu oritur conce
ptus generis. qñ vero perfectā oritur cōcept⁹
drie. vñ dicit postea. ꝙ si queratur a quo hñt
ortū isti diuersi concept⁹ non diuersificati. nec
variati. dicit ꝙ ab eadē re simplicissima q̄ vir/
tualr̄ continet duas impressiōes que nullam
diuersitatē ponunt in re. si āt queratur a quo
habent ortū diuersificatū. dicit ꝙ a formali si
militudine alia ⁊ alia quā intellectus potest re
cipere de eadē re. hanc āt conclusionē probat
per duas rationes precedentes. Contra. oīs
distinctio que est preter intellectū est distīctio
realis. sed distinctio conceptus generis ⁊ drie
sumitur a distinctis preter intellectū. quia ab
alia ⁊ alia similitudine. g̊ ⁊c̄. Confirmat̄. q̄
qđ causatur ab ipa spē imediate non causatur
ab intellectu. sed conceptus generis ⁊ drie et
eoꝝ distinctio causant̄ imediate ab alia ⁊ alia
specie vel similitudine ut ipse dicit. g̊ ⁊c̄. et iō ē
alius modus dicendi ⁊ verior qđ illud a quo
sumitur conceptus generis ⁊ dr̄e sunt diuerse
operationes apparentes que in eadē re fundā
tur. video. n. ꝙ hō ratiocinatur. ⁊ ideo ab hoc
qđ est ratiocinari sumit̄ conceptus realis drie
.s. rōnale: ⁊ ab hoc apparente qđ est sentire su
mitur conceptus generis. Contra arguit. q̄
aut genus ⁊ dr̄ia includunt istas operationes
seu apparentias in suo primo conceptu. aut n̄:
si sic: cū hi⁹ operationes sint actu: sequitur ꝙ
gen⁹ ⁊ dr̄a p̄dicarent̄ actualr̄. si non: arguo sic
illa que dr̄nt ṡm suos p̄mos cōceptus ⁊ quidi
tatiue non distinguntur penes illa que sūt ex̄
suos conceptus primos ⁊ quiditatiuos. sꝫ cō/
ceptus generis ⁊ drie distinguntur ṡm suos cō
ceptus primos ⁊ quiditatiuos. genus. n. n̄ pōt
p̄dicari de dr̄ia quiditatiue: cū sit extra rōem
eius. 3. metha. g̊ ⁊c̄. Ista rō ēt pōt applicari cō
tra mo⁹ dicendi Aureoli. cū ille ipressiones et
silitudines sint ex̄ conceptū drie. dico igit̄ alr̄
ꝙ ipsi cōceptus sumunt̄ a distinctis realitati/
bus. h̄ pbat̄ sic. q̄ cōcipiēdo gen⁹ vel ꝯcipien/
do aliquid rei vel nihil. non nihil. q̄ tūc gen⁹
nihil eēt spēi. g̊ aliquid. si aliquid: tunc sic. vel
id idē qđ cōci°. cōcipiendo gen⁹ cōci° ꝯcipiēdo
driam vel aliquid aliud. si idē g̊ concept⁹ gñis
⁊ drie erunt idē concept⁹. si aliud hr̄ ꝓpo⁹. di/
ces ꝙ idē in re concipit̄. non tñ sequit̄ g̊ idē cō
cept⁹: q̄ eadē res est apta nata facere in intel/
lectu diuersos concept⁹. ⁊ sic rñdet aureolus.
Contra. vnaqueqꝫ res ē apta nata facere ī in/
tellectu aliquē conceptū sibi ꝓpriū ⁊ adequa/
tum. ille g̊ vel erit concept⁹ gñis vel drie. quoꝝ
neutꝝ est. g̊ oꝫ ꝙ aliquē aliū conceptū. ¶ Ad
principale Ari. 7. metha. dicit. ꝙ sicut se hꝫ dif
finitio ad rē: sic ptes diffinitionis ad ptes rei.
sed ptes diffinitionis sunt gen⁹ ⁊ dr̄ia. g̊ ista st̄
in re distincta. ¶ Cōmen. ibidē dicit. ꝙ hec ē
ꝓpor°. diffinitiōis ad diffi⁹. q̄ sicut tota diffi°
significat totā quiditatē rei: ita ps diffinitiōis
ptē quiditatis rei. vñ Ari. dicit. 8. meta. ꝙ res
simpliciter simplex non est diffinibilis. q̄ non
hꝫ ptes. g̊ ⁊c̄. vñ sciendū est. ꝙ ṡm Scotū gen⁹
⁊ dr̄ia in quibusdā sumunt̄ ab alia ⁊ ab alia re
ut in hñtibus plures formas ponēdo gradus
in formis. ab aīa. n. rōali sumit̄ dr̄ia. puta rati
onale. ab aīa āt sensitiua sumit̄ aīal: ⁊ ī talib⁹
dicit genus ⁊ driam non solū differre realiter:
vel formalr̄: sed ēt eēntialr̄. In quibusdam āt
aliys n̄ sumunt̄ ab alia ⁊ ab alia re. sed ab alia
⁊ alia realitate vel formalitate que sunt eiusđ
rei. ut in his speciebus: que sūt forme simplices:
ut albedo ⁊ nigredo ⁊ alia talia. in talib⁹ qua/
litatib⁹. n. est assignare quosdā intrīsecos gra/
dus vel realitates ṡm quas suscipiunt magis
⁊ minus: ita ꝙ vnus est q̄si actualis respectu
alterius. ⁊ ab actuali sumit̄ dr̄ia. ⁊ a potētiali
gen⁹: ⁊ in talibus dicit genus ⁊ driam differre
formalr̄ ⁊ ex natura rei. non āt eēntialr̄. cū tal'
forma sit ṡm essentiā sui simplex. Tertia cō/
clusio que est ad ꝓpo⁹ est ꝙ genus ⁊ dr̄ia dicūt
distinctas realitates vel distinguntur ex natu
ra rei. vel formaliter ⁊ quiditatiue. ⁊ probat̄ p̄
sic. impoīe est idē ex natura rei respectu eoꝝū/
dē esse precisam rōꝫ conuenientie ⁊ drie real':
sed rationalitas est ratio drie realis duarum
specierū eiusdē generis respectu quaꝝ anima/
litas non est ratio drie. sed potius cōueniētie.
g̊ rōnalitas ⁊ aīalitas nō sunt simpliciter vna
rō vel realitas. Confirmat̄ rō quecunqꝫ sunt
idē penitus realiter quicquid repugnat vni re
aliter repugnat alteri realiter. sed aliquid re/
pugnat realiter animali qđ non repugnat dif/
ferentie. puta facere differre realr̄. ergo ⁊c̄. ma
ior rationis ⁊ confirmationis patet per cōtra/
dictionem. Confirmatur 2°. sic. quecūqꝫ sunt
vnum realiter: si vnum est causa alicuius ⁊ re
liquū. sed rationalitas est causa quare homo
est susceptibilis discipline: ⁊ nō animalitas. g̊
⁊c̄ ¶ Preterea impossibile est vnum ⁊ idē obie
ctum respectu eiusdē passi eque dispositi cau/
sare in ipso effectus contrarios: nisi ipsum in/
cludat in se aliquas rationes realiter distinc/
tas: ita ꝙ secundū vnam est causa vnius ⁊ ṡm
alterā sit cā alterius. sed albedo in intellectu

eque disposito ab intellectu cōcepta causat cō ceptum cōem multis speciebus. qꝛ conceptuꝫ coloris ⁊ non communem pluribus. quia con/ conceptū disgregatiuū. ergo ipsa includit in se aliquas rōnes realiter dn̄tes. sed he nō sunt nisi ratio generis ⁊ dn̄e. ergo ⁊c. ℗ illud qd̄ circūscripto oī opere intellectus mouet realr̄ aliq̄ꝫ potentiā alio non mouente distinguit re/ aliter ab ipso. sed color cū videt a remotis mo uet visum non mouente aliqua eiꝰ specie. ġ ⁊c.

Confirmatur. qꝛ possum intelligere aīal non intelligendo rationale. idē āt realr̄ non potest concipi ⁊ non concipi. ℗ si genus ⁊ dn̄a dice rent penitus eandē realitatē genꝰ eēt tota qui/ ditas ⁊ realitas speciei. ꝯn̄s est falsum. ergo et an̄s. falsitas ꝯn̄tis patet. tū qꝛ genus ⁊ dn̄a di cunt diuersas quiditates. vn̄ dn̄e sūt extra ra tionē generis. 3. metha. i. extra rōꝫ seu diffini/ tionē ⁊ quiditatē. tum ēt qꝛ ad diffinitionē ho minis sufficeret genus. diffinitio. n. explicat q/ ditatē: nec ēt est curanduꝫ ut dicunt multi de conceptibus. qꝛ de aliquibus extrinsecis nō ē curandū in diffinitione. cū diffinitio nō expli/ cet nisi intrinseca. Confirmat. qꝛ que dn̄t per suas quiditates: dn̄t realr̄ ⁊ formalr̄: cū disti/ ctio quiditatiua non sit distiꝰ rōnis. sed genꝰ et dn̄a sunt huiusmodi. 3. metha. ergo ⁊c.

Quantum ad zº articulum pono tres cōclusiones. Pri/ ma ꝯº est ꝙ realitas dn̄e inferioris nō includit quiditatem vel realitatem differentie superio ris. puta rationalitas n̄ includit sensibilitateꝫ quiditatiue. probat. nā tunc in oī diffinitione esset nugatio. ꝯn̄s est falsum. ġ ⁊ an̄s. pº ꝯn̄tie. nā idē bis diceret: puta sensibile semel in rati/ onali: ⁊ semel in animali. Secunda ꝯº ē ista ꝙ nꝰ genus est predicabile per se de dn̄a. vl' ꝙ realitas dn̄e non est inclusiua realitatis gn̄is. hoc probat. nā tunc vnū aīal esset multa aīa/ lia: vel esset nugatio in diffinitiōe. probat. qꝛ vel illud idē aīal qd̄ exprimit in diffinitiōe in/ cludit in rōnali: vel aliud. si idē. ġ bis ponit. semel in se ⁊ semel in ratōnali. si aliud ġ qd̄ est vnū aīal esset multa aīalia. puta illud qd̄ est ī rōnali ⁊ illud qd̄ exprimit. ℗ tunc quelibet dn̄a esset species ⁊ esset diffinibilis. pº quicqd conuenit cū aliquo formalr̄ in aliquo genere ⁊ distinguit ab eo hꝫ genus ⁊ dn̄am. sed oē tale si non est indiuiduū est spēs: ⁊ ē diffinibile. ergo ⁊c.. ℗ sequeret ꝓcessus in infinitū. probat. nā quicquid ꝯuenit cū aliquo formalr̄ in aliq̊ genere ⁊ distinguit ab eo hꝫ dn̄am per quā di/ stinguit. ⁊ tunc querā de illa dn̄a sicut prius.

Sed ꝯ. primo qꝛ ex non substantijs non fit subā. sed ex rōnali fit subā. ġ rōnale est subā. sed subā est genus. ġ ⁊c. Cōfirmat. de quocū/ q̄ꝫ predicat modus ꝓprius alicuius de ipso p̄/ dicat illud cuius est modus talis. sed esse per se: ut distinguit ꝯ esse in alio subiectiue est mo/ dus ꝓprius substātie. qui p̄dicat de rōnali. nā non est sicut accn̄s in subō. ġ de rōnali p̄dica/ bit subā. Dices ꝙ subā pōt dupliciter sumi.

Uno mō cōiter ut imediate distinguit cōtra accn̄s: ⁊ ista subā non est genꝰ. predicat. n. de deo ⁊ de principijs subē. Alio mō pōt sumi magis ꝓprie. ⁊ isto mō facit p̄dicamentū ⁊ sic n̄ predicat de rōnali nec de pr̄icipijs subē. Cō/ tra. qm̄ non soluit: ut pꝫ. qꝛ adhuc per easdem rōes pōt argui de illa subā. Rn̄deo aliter. ꝙ aliquid eē subāꝫ pōt dupliciter sumi. vno mō formalr̄ ⁊ quiditatiue. alio mō pr̄icipiatiue et cōstitutiue. vn̄ ex non substantijs formalr̄ bn̄ fit subā formalr̄. non āt ex non substantijs pri/ cipiatiue nec cōstitutiue. Ad ꝯfirmatōꝫ pōt dici. ꝙ ille modus non est ꝓprius subē. sed cir/ cūscribit nobis modū ꝓpriū subē. vn̄ tn̄ ꝓ ista cōclusione sciendū est ꝙ rōale pōt dupliciter supponere. Uno mō simpliciter. alio mō per/ sonaliter. si supponit simpliciter tunc genꝰ nō est de ipsa predicabile. si āt personalr̄ bn̄. ⁊ tūc est sensus qd̄ illud qd̄ est rōale est aīal. ⁊ si for/ te arguas: rōale vel est aīal: vel non aīal. si nō aīal. ġ hō non est aīal. pº qꝛ qn̄ alteꝝ de altero predicatur ⁊c. Rn̄deo. ista regula est intelli/ genda in predicatis per se ⁊ essentialibus. non aīal āt non predicat per se: nec essentialr̄ de ra tionali. qꝛ negatio non predicat per se nec eēn/ tialr̄ de aliquo ente positiuo. Tertia ꝯº ē ista ꝙ nulla dn̄a est inclusiua entis. formalr̄ ꝓba/ tur. nā alias sequeret ꝙ esset ꝓcessus in infiꝰ in dn̄tijs ⁊ dn̄tibus. ꝯn̄s est flm̄. ġ ⁊ an̄s. pº ꝯn̄tie accipiendo duas dn̄as ⁊ sint. a. ⁊. b. ⁊ ta/ les ꝑ te conueniunt in ente quiditatiue. cum ġ sint distincte hn̄t aliquas rōes distictiuas: nō . n. pōt dici ꝙ seipsis. nā ois rō cū alia ꝯueniēs ⁊ ab ea dn̄s hꝫ aliq̄ꝫ rōꝫ ꝑtialē. ꝑ quaꝫ dn̄t ab illa per quā cōuenit. cū per idē non possit cōue nire ⁊ differre: tunc accipiā istā dn̄am vel rōꝫ per qua dn̄t ⁊ argnā sicut ō prima: ⁊ sic ꝓcedaꝫ in infinitū. ℗ tunc eēt nugatio in qualꝫ dif/ finitione. ꝓbat. qꝛ idē bis repeteret. sel' i rōali ⁊ sel' in aīali. Ad istā rōꝫ rn̄det vnꝰ doctor. d. ꝙ tunc est nugatio. qn̄ idē conceptꝰ ſm eandē rōꝫ bis hr̄. sed qn̄ ſm aliā ⁊ aliā rōꝫ non. aliter dicit ꝙ esset nugatio. dicēdo. color albus cum ens includatur in albo ⁊ in colore. ens ergo bis repetitur. tamen secundū diuersum modum. puta secundū modū quiditatiuum ⁊ qualita/ tiuum. Contra. si diuersitas modi euitaret nugationem: tunc hic non esset nugatio aīmal bipes habens pedes: qd̄ tamen est falsum ſm Aristo. 7. metha. nec valet ista obiectio. qꝛ non vniformiter repetit ens. Un̄ sciendū. ꝙ licꝫ ens ut ens habeat vnam rationē de se indn̄tē habeat subām ⁊ accidens. tamen ens ut inclu ditur in substantia est idē ꝙ subā. ⁊ sic hꝫ mo/

dū per se subsistentis: ut autē includitur in accidente idē est ꝙ accidens. ⁊ sic habet modum inherentis ⁊ denominantis. nam quicquid recipit denominationē ab aliqua specie: recipit denominationē a quolibet superiori ad illā. exemplū. quicquid denominatur ab albedie: denominatur a colore ⁊ qualitate: omne enim album est coloratū. similiter videtur: q2 quicquid denominatur ab albedine ut sic denominatur ab ente: ut liceat fingere cum Scoto illud esse concretū entis qđ ē entale: ut dicam⁹: ꝙ homo est entalis. omne enim albū est entale Contra. ergo ens predicabitur denominatiue. Respōdeo non est inconueniens per accidens: ut si includatur in aliquo suo inferiori. Contra conclusionē arguitur sic. illud quod ratio est formalis alicui qđ sit ens ē formaliter ens. rōnale est huiusmodi. ergo ⁊c̄. Confirmatur q2 vel est ens vel non ens. si nō ens. ergo nihil. si ens. ğ conuenit in ente cū aliquo alio. et huiusmodi concept⁹ ñ est primo diuersus: ⁊ hr̄ propo⁹: cuius oppo⁹ fuit probatū in predicta conclusione. Respōdeo faciendo vim in verbis. dico vno modo: ꝙ dr̄ia non est rō formalis alicui ꝙ sit ens. sed tale ens. cum autē dico tale ens dico duo. s. conceptū entis ⁊ conceptum illius qđ facit tale Aliter tamen potest forte dici ꝙ sicut illud qđ ē formalis ratio ꝙ homo sit homo: non est homo: ita illud qđ est formal̄ rō essendi alicuius entis nō est formaliter ens. lʒ enim sit ens: non tñ formaliter. Ad z⁹ di. ꝙ est ens. sed non formaliter. Et si dicas. ergo tales dr̄ie conueniunt in ente. dico ꝙ non formaliter: imo sunt primo diuerse. lʒ bene fundamentaliter conueniant. hoc est q2 fundant̄ in ente: nec ex hoc sequitur processus in infinitū. Et si arguas: vl̄ sūt formaliter ens: vel formaliter non ens: si formaliter non ens. ğ formal̄r nihil. Respōdeo ista non contradicunt: nam in vna nō negatur quicquid in altera affirmatur: debes enim sic dicere: vel sunt formaliter ens. vel non sunt formaliter ens. ⁊ ſm hoc di. negatiuā. Ad rōnes principales. ad primā dico ꝙ duplex est compō. quedā ē ex materia ⁊ forma. alia ex actu ⁊ potentia: vel ex actuali ⁊ potentiali. prima negatur ex accñtibus. scđa aūt nō. ⁊ sic intelligitur auctor sex principiorū ꝙ accidentia sunt simplicia simplicitate iquā opposita cōponi ex materia ⁊ forma. Ad z⁹ vide supra in questione de indiuiduatione in primo articulo. Ad scđam nego maiorē. per aliđ inquā disgregat ⁊ per aliud mouet: et cum probatur. q2 tunc posset disgregare ⁊ non mouere. nego ꝯñam. nam licet hec realitas sit alia ab illa non tamē potest esse sine illa. Ad quartū potest vno mō dici: ꝙ verum est si sint distincta essentialiter. genus autē ⁊ differētia lʒ sint distincta formaliter nō tamē essential̄r.

vnde per solam istam rōnem videtur probari posse esse ipsa idem essentialiter. tenendo autē ꝙ dr̄ant essentialiter: qđ ēt Scotus de aliquibus concedit: ut in hr̄itibus plures formal̄: vt visū est. dico tamē ꝙ aliqua eē sepabilia pōt esse dupliciter. vno mō de se. alio modo respectu tertij in quo ambo hñt vnā nccīam connexionē. p⁹. quantū est de se gen⁹ ⁊ dr̄ia sunt sepabilia: respectu tñ alicuius tertij vage sūpti. puta spēi vage sūpte sine qua spē vage sūpta gen⁹ ⁊ dr̄ia esse nō pñt: nec spēs sine eis: sunt insepabilia. ⁊ hec sufficiant de ista questione.

Uerit̄ vtrū in quo

libet genere sint tria principia trāsmutatōis naturalis. ğ sint eiusdē gñis pdicamentalis: ⁊ videt̄ ꝙ sic. oē recipiēs aliq̄ formā per transmutationē q̄ ē mot⁹ recipit eā p naturā potētie passiue q̄ ē prin⁹ transmutationis. sed superficies recipit albedinē p dealbatiōē q̄ ē mot⁹. ğ hāc recipit p naturā potētie passiue. sʒ supficies ē act⁹ p eētiā cū sit forma. ğ opʒ ꝙ supficiē ipsā ꝯsequat̄ aliq̄ pō passiua q̄ sit ppa pō receptiua albedis. sed talis pō ñ pōt eē nisi eiusdē gñis cū terio. p⁹. q2 ex actu ⁊ pō fit p se vnū. 8. metha. sed ex actu vni⁹ gñis ⁊ potentia alterius generis non fit vnū per se. sed p accñs ğ oʒ ꝙ in albedine sit aliqua potentia passiua. ⁊ aliquid tale principiū materiale eiusdem generis cū albedine. maior principalis probat̄. q2 sicut nihil est album nisi per albedinem. ita nihil recipit passiue aliquid per transmutatōē eius per se nisi per materiā potentie passiue q̄ est per se principiū transmutationis. Preterea eiusdē potentie resceptiue est motus ⁊ terminus motus. puta dealbatio ⁊ albedo. sʒ dealbatio non est actus superficiei ſm se. sed inquantū dealbabilis. sed dealbabile est eiusdē generis cū albedine. probatur per cōmentatorem. 3. phicoꝝ qui dicit ꝙ potentia ad rem est de genere illius rei. ergo in albedine est aliqđ principium passiuū receptiuum illius forme. Confirmatur p Arist. p phicoꝝ. qui dicit ꝙ in vnoquoqꝫ genere est vna contrarietas prima. sed diuersa contrarietas arguit diuersum susceptiuū p phicoꝝ. ğ in vnoquoqꝫ genere sunt principia distincta a principijs alterius gñis. Ad oppo⁹ videtur Ari. 8. metha. vbi dicit ꝙ accñtia non hñt materiā ex qua. Preterea Ari. in primo huius. ꝙ prima contrarietas est primi generis. s. substantie. sed prima contrarietas facit prima principia. ergo in genere subē erunt solum ista principia.

Respondeo primo videbitur ppositum. z⁹. vtrum īter ipsa pma pricipia nature sit maxia oppositio. ⁊ vtrum illa oppō que est inter illa sit maxima. Quantum ad primū est vna op. thome

anglici.quevidetur tenere partẽ affirmatiuã.
cuius rationes sunt tacte in pede questionis.
vnde dicit ꝙ Ari.8.metha.loquitur de accidẽ
tibus priuatiuis.cuiusmodi est clypsis.ꝛ de ħ
ponit exemplũ ibi.ista autẽ opinio non placet
mihi.ideo dico aliter ponenˀ tres conclusiões.
prima est hec.ꝙ oĩs entitas substantialis siue
accidentalis in genere per se cadẽs est vere cõ
posita ex aliquo actuali ꝛ aliquo potẽtiali.hec
probatur.oĩs entitas diffinibilis est per se cõ
posita ex aliquo actuali ꝛ aliquo potentiali.ꝫ
oĩs entitas per se cadens in genere est hi⁹.ğ
ꝛc̃.maior pꝫ.8.metha.ꝛ.7.vbi dr̃ ꝙ diffinitio
est sermo habens partes que sunt genus ꝛ dif/
ferentia.quaꝝ vna est potentialis.s.gen⁹.alia
actualis.ut drĩa.minor pꝫ.qꝛ si est indiuiduũ
saltẽ habet diffinitionẽ speciei.qðcunqꝫ etiam
aliud cũ habeat genus ꝛ drĩam est diffinibile:

Confirmatur ratio.omne includens actuꝫ ꝛ
potentiã:est cõpositum ex actuali ꝛ potẽtiali.
sed omne in genere cadens est huiusmodi.naꝫ
includit genus ꝛ drãm.ergo ꝛc̃.Contra per au
ctorẽ sex principioꝝ.d.ꝙ accidentia sunt sim/
plicia. Rñdeo ꝛ dico ꝙ ipe intelligit de simpli
citate opposita cõpositõi ex materia ꝛ forma.

Secũda conclusio est ista:ꝙ nulla entitas
lateralis in genere cadens est necˀ cõposita.ꝑ
batur primo.tum qꝛ eoꝝ conceptus est simpli/
citer simplex.cuꝫ non possit resolui in aliquid
tale prius.drĩe enim sunt primo diuerse ex ꝑ/
cedenti conclusione.tum etiã.qꝛ tunc esset pro
cessus in infinitũ.qꝛ quereretur de illis cõpo/
nentibus illa lateralia si essent ꝯposita vl' sim
plicia.ꝛ sic in infinitũ procederetur. Contra
Augus.6.de trinitate.nulla creatura est in se
simplex. Respõdeo.vbi sciendũ ꝙ aliquid
esse compo⁹ potest esse dupliciter.vno mõ.qꝛ
ex alijs cõponibile.Alio mõ.qꝛ alteri cõponi/
bile.prima est ex his.secunda cum his.Intel/
ligit ergo Augus.ꝙ oĩs creatura est cõposita.
qꝛ vel alijs cõponibilis:vel qꝛ cõponibilis ex
alijs. Tertia cõclusio est ad propo⁹ ꝙ accidẽ
tia non sunt cõposita ex materia ꝛ forma.lꝫ be
ne ex materiali ꝛ formali.ita ꝙ non imaginor
ꝙ sicut in subã sunt tria principia nature.ita
ꝙ duo sunt intrinseca rei principiate.s.mate/
ria ꝛ forma:ꝛ alterum puta materia est alteri⁹
receptiuũ ꝛ principiũ transmutationis ei⁹:ꝙ
sic in accñtibus sit:lꝫ subm̃ albedinis recepti/
uum consequatur aliqua potentia ſꝫ quaꝫ po
tentiã motus est actus eius:que est distincta
formaliter a subiecto:lꝫ non essentialiter:ꝛ ĩõ
non est eiusdẽ generis cũ termino.oĩs eni apti/
tuˀ est intrinseca rei cuius est vt probatũ fuit ĩ
prima questione huius primi.hanc autẽ ꝯclu/
sionẽ.s.ꝙ accidentia non sint cõposita ex ma/
teria ꝛ forma.proˀ sic.primo.oĩs eniꝫ phia vi/
detur satis esse ad hanc partẽ.ut.8.metha.et
etiã per auctorẽ sex principioꝝ. Preterea ra/
tione sic:illud qð se toto primo informat sub⁹
nec est materia nec habens materiã ptem sui:
sed accidens qðcunqꝫ seipso primo infor̃t sub/
iectũ:ꝛ est eius perfectio.ergo ꝛc̃.maior patet.
materie.n.non debetur informatio:ĩformare
eniꝫ est actus formalis forme. ꝑ illud quo
aliquid primo agit non est materia nec habẽs
materiã partẽ sui.materia eniꝫ non est prici⁹
agendi:sed calor est prin⁹ quo ignis calefacit.
ergo ꝛc̃. ꝑ illud qð seipso primo est actus nõ
est materia nec habens materiaꝫ:sed actio se/
ipsa ꝑ est actus agentis.ğ saltẽ actio nõ hꝫ ma
teriã ut partẽ sui. ꝑ si accñs hr̃et materiaꝫ:
aut e⁹ materia perficeret sub⁹ mediante acci/
dente ipso.aut eꝯˀ accñs compo⁹ mediãte ipa
materia:aut vtrunqꝫ illoꝝ ĩmediate.non pˀˀ
qꝛ primũ sub rõe prioris non perficit sub rõne
alicuius posterioris.sed accñs compo⁹ esset
posterius sua propria materia.ğ ipsa materia
non perficit sub⁹ mediante ipso accñte:nec z⁹
põt dici.qꝛ tc̃ propria passio nõ inhereret suo
primo subõ ĩmediate.nec 3⁹.qꝛ impoƚe est ꝙ
totũ ꝛ partes habeant eundẽ ordinẽ ꝛ eque ĩ/
mediatũ ad idẽ. Contra istã conclusionẽ ar/
guit̃ primo sic.qñcũqꝫ aliqua propria passio.ꝑ
per se consequit̃ aliqð subiectũ vbicunqꝫ perfe
ctius reperitur rõ illius subiecti perfectius re
peritur rõ ipsius passionis ipm̃ sub⁹ ꝯñtis.ꝫ
vnũ consequitur ens sicut eius propria passio
ergo ꝛc̃.sed subã est perfectius ens ꝙ̃ qðcunqꝫ
accñs:ergo magis vnũ;ꝛ per cõsequens magl
simplex:sed non obstante maiori simplicitate
ꝛ vnitate.subã est ꝯposita ex materia ꝛ forma.
ergo multo magis accñs. Confirmat̃.qcqd
est perfectionis simpliciter nobiliori modo re/
peritur in subã ꝙ̃ in omni accñte:sed simplici/
tas est conditio nobilitatis:ꝛ subã ẽ cõposita
ex materia ꝛ forma.ğ multo magis ꝛ accidẽs.

ꝑ actio cuiuscũqꝫ agentis naturalis habet
aliqð sub⁹ ꝛ aliq̃ꝫ materiã:sed agens naturale
potest naturaliter agere ĩ q̃ꝫtitate separata.ut
pꝫ in sacramẽto altaris.ğ talis actio hꝫ aliqð
subiectuꝫ.sed illud non est subã.ğ est materia
q̃ꝫtitatis que augetur.maior pꝫ:qꝛ agens ꝛ pa
